

Dialogus beati Gregorij pa  
 pe: eiusq; diaconi Petri in  
 quattuor libros diuisus: de vi  
 ta & miraculis patrum itali  
 coruz: & de eternitate anima  
 rum: cum tabulis nunc nunc  
 a nouo superadditis.



Genalis sub aureo lilio vici  
 beati Jacobi.

# Epitaphiū beati Gregorij



Uscipe terra tuo corpus de corpore sumptū:  
Reddere quod valeas yiuificante deo.  
Spiritus astra petit: leti nil iura nocebunt:  
Cui vite alterius: mors magis ipsa vita est.  
Pōtificis sumi hoc claudū mēbra sepulchro.  
Qui innumeris vixit semper vbiq; bonis.  
Esuriem dapibus superauit: frigora veste:

Atq; animas monitis terit ab hoste sacris.  
Implebatq; actu quicquid sermone docebat.  
Esset vt exemplum mystica verba loquens.  
Angelos ad christum vertit pietate magistra  
Acquirens fideiq; agmina gente noua:  
hic labor: hoc studium: hec tibi cura: hic pastor agebas:  
Ut domino offerres plurima lucra gregis.  
hisq; dei consul factus letare triumphis.  
Nam mercedem operum iam sine sine tenes.

Incipit dialogus bti Greg

gorij pape eiusq; diaconi Petri in quattuor libros diuisus  
De vita & miraculis patrū italicorū & de eternitate aiaz.



Uadā die nimis quorū dā secularium  
multibus depressus: quibus in suis  
negocijs plerūq; cogimur soluere eti  
am quod nos certū est non debere: se  
cretū locum petij amici meroris: vbi  
omne quod de mea mihi occupatio:  
ne displicebat se patēter ostēderat: et  
cūta que insigere dolore psuenerat:  
gesta an̄ oculos licenter venirēt. Ibi  
itaq; cū afflictus valde & diu tacit⁹ se

derē: dilectissim⁹ filijs me⁹ Petrus diaconus affuitiq; mi  
hi a primeuo iuētutis flore i amicitia familiariter obstru  
ctus est: atq; ad sacrisibi indagatiōē socius. Qui graui ex  
coqui cordis languore me intueos ait. Nūq; noui: nam tibi  
aliquid accidit q; pl⁹ te solito meror tenet: Cui inq;. Me  
ror petre quē quotidie patior & sp̄ mihi p̄ vsūm vet⁹ est: et  
sp̄ p̄ augmētū nou⁹. Infelix q; ppe anim⁹ me⁹ occupationis  
sue pulsatus vulnere: meminit qualis aliqui in monasterio  
fuit: quō ei labētia cūcta subtererāt: q̄tū reb⁹ oib⁹ q̄ voluit  
eminebat: q; nulla nisi celestia cogitare psuenerat: q; etiam  
retētus corpe: ipsa iā carnis clausa p̄tēplatiōē trāsibat: q;  
mortē q; q; pene cūctis pena est: vcs vt ingressū vite & labo  
ris sui premiū amabat. At nūc ex occasione cure pastoralis  
seculariū hoim̄ negotia patit: & post tā pulchrā quietis sue  
spēm terreni act⁹ puluere sedat. Cūq; se p̄ p̄desētiōē nul  
toz ad exteriora sparserit: et cū interiora appetit: adhuc p̄  
culdubio minor redit. Perpēdo itaq; qd̄ tolero: ppēdo qd̄  
amisi. Dūq; intueor illud nō pdidi: sit hoc graui⁹ qd̄ porto  
Ecce etei nūc magnis maris fluctib⁹ q̄rior atq; in nauimētis  
tēpestatis valide pcellis illidor. Et cū portis vite recolo: q;  
si post tergū ductis oclis viso litore suspiro. Qd̄q; adhuc  
graui⁹ est: dū in mētis fluctib⁹ turbat⁹ feror: vix tā portū vi  
dere valeo quem reliqui: quā et ita sunt casus mentis: vt  
a. ij.

Anim⁹ in vici  
ta monasterio  
quietus

Animi quietudo  
seculari  
bus negotijs  
occupati

## Dialogi beati Gregorij.

prius quidem perdat bonum quod tenuit: si tamen se perdidisse meminerit. Cuius longius recesserit: etiā boni ipsi quod perdidit obliscit: sicut ut post neque per memoria dē vi deat: quod prius per actionē tenebat. Uti hoc agit quod premisi: quod cum nauigamus longius: ita nec portus quietis quem reliquimus: videmus. Nōnunquam vero ad augmentū mei doloris adiungitur: quod quorundam vita (qui presens seculū tota mēte reliquerunt) mihi ad memoriā reuocaf. Quorum dū culmen aspicio: quātum ipse in infimis iaceā agnosco: quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerūt: qui ne per humanos actus a nouitate mētis veterascerent: eos omni potēs de huius mundi laboribus noluit occupari. Sed que ita plata sunt melius insinuo: si ea quod per inquisitionē ac responsionē dicenda sunt: sola nominū prenotatione distinguo. Petrus

**N**on valde in italia quorundam vitam virtutibus fuisse cognoui: ex quorum igitur comparatione accēderis ignoro. Equidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito: signa tamen atque virtutes aut ab eis nequaquam facta existimo: aut ita sunt hactenus silentio suppressa ut vtrum ne sint facta nesciamus. Gregorius.

**S**ola petere referam que de perfectis probatisque viris vnus ego hominū: vel bonus ac fidelibus viris attestantibus agnoui: vel per memetipsum didici dies (ut opinor) ante quod sermo cessabit. Petrus.

**U**llē quērenti mihi de eis aliqua narrares. Neque hac pre interrūpere expositionis studium grauari videat: quod nō dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter inueniēda atque tenēda sit virtus agnoscimus: in narratione vero signorum cognoscimus inueniēta ac retēta qualiter declaraf. Et sunt nōnulli quos ad amorē patrie celestis plurimū exempla quod predicamēta succendunt. fit vero plerūque in audientis animo duplex adiutorius in exemplis patrū: quod et ad amorem venture vite ex precedentium comparatione accenditur: etiam si se esse aliquid existimat dū meliora de alijs cognouerit humiliaf. Gregorius.

**E**t quod mihi sunt virorum venerabilium narratione cōperata: incunctanter narrosacre auctoritatis exemplo

Nota.

Attende.

# Liber primus. Fo. ij.

Cū mihi luce clarius cōstet q̄ lucas ⁊ marcus euangeliū  
q̄ scripserūt nō visu: sed auditu didicerūt. S; vt dubitatio  
nis occasione legētib; subtraham: per singula que descri  
bo: quibus hec narrantibus mihi comperta sūt manifesto  
hoc vero scire te cupio: quia in quibusdam sensum solū mo  
do: in quib;sdā hō ⁊ verba cū sensu teneo: q; si de psonis  
oibus ipa specialiter verba tenere voluissē: hoc rusticis  
no vsu. plata stilus scribentis nō apte susciperet. Semorū  
valde v̄nerabiliū didici relatione: q̄ narro.

## Capitulū. j. De honorato

abbate monasterij fundensis.

**A**Enancij quondā patricij in samnie partibus  
villa fuit in qua colonus ei⁹ filiū honoratum  
noie habuit. Qui ab annis puerilib⁹ ad amo  
rem celestis patrie per abstinentiam exarsit.

Cūq; tā magna cōuersatione polleret: seq;  
iam ab ocioso q̄q; sermone restringeret: multosq; (vt p̄fat⁹  
sum) p̄ abstinentiā carnē domaret: die q̄dā parētes ei⁹ vicī  
nis suis cōuiuū fecerūt: in q̄ ad vescēdū carnes parate sunt  
q̄s dū ille ad esum cōtingere p̄ abstinentie amorē recusaret:  
ceperūt eū parētes ei⁹ irridere: ac dicere. Comede nūq̄d  
piscē in his mōrib⁹ tibi allaturi sumus? Illo vero in loco pi  
sces audiri cōsueuerāt nō videri. S; cū his sermonib⁹ ho  
norat⁹ irrideret: repēte in cōuiuio aqua ad ministeriū de  
fuit: cū situla lignea (sicut illic motis est) mancipiū ad fontē  
p̄xit. Dūq; hauriret aquā: piscis situlā intrauit. Reuer  
sumq; mancipiū añ ora discubētiū piscē cū aqua fudit: q̄ ad  
tori⁹ diei victū potuisset honorato sufficere. Mirati oēs:  
tota illa parētū irrisio cessauit. Cepere nāq; in honorato  
mirari abstinentiā: quā añ deri. debāt: sicq; a dei hoie irrisio  
nis deterisit: opprobria piscis de monte. Qui cum magnis  
virtutibus cresceret a predicto dño suo libertate donatus  
est. atq; in eo loco qui fundis dicit monasteriū cōstruxit: in  
quo duce torū ferme monachorū pf̄ extitit: ibiq; vita illius  
circūquaq; exēpla eximie cōuersationis dedit. Nā quadā  
die ex eo monte qui ei⁹ monasterio in excelso p̄minet. ingē  
a. iij.

honorati ab  
stinentia.

Piscis mōtis  
nus honorati

fundis mo  
nasterium.

## Dialogi beati Gregorij.

tis saxi moles erupra est q̄ p̄ deuexū mōtis lat⁹ ueniēs: totius ruinā celle: oimq; fratiū interitū minabat. Quā cum ueniētē desup vir sc̄tus uidisset: frequēti uoce nomē xpi in uocās extēsa mox dextera signū ei crucis opposuit: eāq; in ip̄o deuexi montis latere cadentē fixit sicut religiosus uir laurentius phibet. Et quia locus ei nō fuerat quo inherere potuisset aspicitur: ita ut nūc vsq; montē cernentibus: casura pendere uideatur.

Petrus.

**Q**uamuis hoc tam egregius uir ut post magister discipulorū fieret: prius habuit magistrū? Gregorius.

**N**equaq; hunc fuisse cuiusq; discipulū audiui. sed lege nō constringit sancti spiritus donum vltus quidē recte conuersationis est ut p̄esse non audeat: qui subesse non didicerit. nec obedientiam subiectis imperet: quā p̄s latis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nōnulli qui ita per magistrum spiritus intrinsecus docentur: ut et si eis exterius humani magistrerij disciplina desit: magistrerij intimi censura non desit. Quorum tamen libertas uite ab infirmis in exemplum non est trahenda: nedum se quisq; similit̄er sancto spiritu impletū p̄sumit: discipulus hominis esse despiciat: et magister erroris fiat. Mens autē que diuino spiritu impletur habet euidentissima signa sua: virtutes scilicet et humilitatem: que si utraq; perfecte in vna mente conueniunt: liquet quod de presentia sancti spiritus testimoniū ferat. sic quippe etiam iohannes baptista magistrum habuisse non legitur: neq; ipsa ueritas que corporaliter presentia apostolos docuit: eū corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quem intrinsecus docebat: extrinsecus quasi in sua libertate: reliquerat. Sic moyses in heremo edoctus mandatum ab angelo didicit: quod per hominem non cognouit: sed hec (ut prediximus) infirmis ueneranda sunt: non imitanda.

Petrus.

**P**acet q̄ dicitis: sed peto ut mihi dicas: si tantus hic pater aliquē sui imitatorē discipulū reliquit.

**Capitulū. ij. De libertino**  
preposito eiusdem.

Gregorius.

Magisteriū  
spūs quidam  
habent.

Magistri ne  
cellarij sunt  
infirmis.

Iohānes ba:  
p̄rista magi:  
strum nō ha:  
buit.

Moyse ca:  
ruit magfo.

# Liber primus. Fo. iij.

**A** Ir reuerentissimus libertinus qui regis toti se tēpore gottorum eiusdem fundensis monasterij prepositus fuit: in discipulatu illius conuersatus atq; eruditus est. De quo quibus fortiter multas plurimorum narratio certa vulgariter. predictus tamen laurentinus religiosus vir qui nunc superest: et ei ipso in tēpore familiarissimus fuit. multa mihi dicere de illo cōsuevit: ex quibus ea quae recolo pauca narrabo

**I**n eadem puincia samnie (quā supra memorauimus) idē vir p̄ utilitate monasterij carpebat iter. Dum uariā da gottorum dux cū exercitu in loco eodē uenisset: deiseru<sup>9</sup> ex caballo quo sedebat ab hominibus eius proiectus est. Qui iuncti perditū dāna libēter ferens patienter etiam flagellū quod tenebat diripientib<sup>9</sup> obtulit dicens. Tollite ut habeatis qualiter hoc iumentum minare ualeatis. Qui bus dictis protinus, se in orationē dedit. Cursu autem rapido predicti ducis exercitus peruenit ad flūmīum qui uocatur uulteranus. ibiq; equos suos ceperūt singuli hastis tūdere: et callaribus cruentare: sed tamen equi uerberibus cessi calcaribus cruentati fatigari poterant: moueri nō poterant: sicq; aquam flūminis tangere quasi mortale precipitum pertimescebant. Cūq; diu cedendo sessorēs singuli fatigarentur: vnus eorum intulit: quia ex culpa quā seruo dei in uia fecerant: illa sui itineris dispēdia tolerabāt. Qui statim reuersi post se libertinum repererunt in oratione prostratum. Cui cum dicerēt: surga tolle caballum tuū: ille respondit. Ite cum bono: ego cabelli opus non habeo. Descendentes uero inuitum eum in caballum de quo deposuerant leuauerunt: et protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illud quod prius non poterant transire flūmen transierunt. ac si ille flūminis alueus aquam minime haberet. Sicq; factum est: ut dum seruo dei vnus caballus redditur: omnes a singulis reciperentur.

**E**odem uero tempore in campanie partib<sup>9</sup> bucellin<sup>9</sup> cū frācis uenit. De monasterio uero prefati uiri famuli dei rumor exierat qd pecūias multas h̄ret. Ingressi oratoria frāci ceperūt seruētēs libertinū q̄res. libertinū clamaf

Libertini patientia.

Caballus libertino restituitur.

Libertinus frācis inuisibilis.

## Dialogi beati Gregorij.

vbi i orone illi<sup>9</sup> pstratus iacebat. Mira valde res: grates  
seuientesq; fraci ingrediētes in ipō impinguebāt & ipm vs  
dere non poterant. sicq; sua cecitate frustrati a monasterio  
sunt vacui reuersi.

**A**lio quoq; tēpore p causa monasterij abbatis iussu  
qui honorato ei<sup>9</sup> magistro successerat: rauemā per  
gebat. Pro amore ipō eiusdē venerabilis honorati quociq;  
libertinus ibat: ei<sup>9</sup> semp caligulam i sinu portare cōsueue  
rat. Itaq; dū pergeret accidit vt quedā mulier extincti filii  
corpūculū ferrat. Que dū seruū dei fuisset intuita amore  
filij succensa iumentū suū per frenū tenuit: atq; cū iuramē  
to dixit. Nullatenus recedes nisi filiū meum suscitaueris.  
At ille inuisitatū habens tale miraculū expauit petitionem  
illius: iuramenta declinare mulieris voluit: sed nequa q̄  
prensiles animo hesit: cōsiderare libet quale. q̄tūq; in ei<sup>9</sup>  
pectore certamen fuerit. Ibi q̄ppe pugnabat inter se humi  
litas cōuersionis: ac pietas matris. timor ne inuisitata pre  
sumeret: dolor ne orbare matri nō subueniret. s; ad maiore  
dei gloriam vicit pietas illud pectus p̄tuit. quod fuit vali  
dum: q; victū. p̄tuit em̄ pectus nō esset si hoc pietas non  
viciisset. Itaq; descendit: genua flexit: ad celū man<sup>9</sup> tetendit  
caligulā de sinu p̄tulit: & sup extincti pueri corpus posuit.  
Quo orate aia pueri ad corp<sup>9</sup> redijt quē manu cōprehēdit.  
ac fletū mīri viuētē reddidit: atq; iter q̄ cepat pegit. pet<sup>9</sup>

Libertin<sup>9</sup> ca  
ligula hono  
rati puerum  
mortuū resu  
scitauit.

**Q**uidnā hoc esse dicim<sup>9</sup>. p̄tuit tāti miraculi honorati  
egit meritū: an petitiō libertini? Gregorius.

**I**n ostensione tam admirabilis signi cum fide femine  
virtus cōuenit vtrozūq;: atq; ideo libertinum existi  
mo ista potuisse: q; p<sup>9</sup> didicerat de magistri q̄ de sua p̄tu  
te p̄fidere. Cui<sup>9</sup> em̄ caligulā in pect<sup>9</sup> extincti corpūculi po  
suit: eius nimirum animā obtinere q̄ petebat estimauit.  
Nā helisens quoq; magistri palliū ferēs: atq; ad iordanē  
ueniēs percussit semel & aquas minime diuisit. Sed cū re  
pēte diceret: vbi est de<sup>9</sup> helite etiā nūc: percussit fluiū magi  
stri pallio: ac iter intra aq̄s fecit. perpendis petre q̄rū in  
exhibēdis p̄tuitib<sup>9</sup> hūlitas valet: Tūc exhibere magistri  
meritū p̄tuit potuit: qn magistri nomē ad memoriā reduc

Nota.

iiij. Reg. ij.



## Libertinus. Fo. iiii.

xit. Quod enim ad humilitatem sub magistro rediit: quod magister fecerat et ipse fecit.

Petrus.

**L**ibertus quod dicitur: sed quod te est ne aliquid aliud quod adhuc de ipso ad nostram edificationem narrares. Gregori.

**E**t plane: sed si sit qui velit imitari. Ego enim vixit patienter tanti patris signis miraculis maiorem credo. Quadaenamque die is qui post venerabilis honorati exitum monasterii regimine tenebat contra eundem venerabilem libertinum in gravi iracundia exarsit: ita ut eum manibus cederet. Et quia virgata eum ferire posset minime inuenit: conturbatus bello suppedaneo faciem ei ac caput tuitur: totumque illi vultum tumere ac lividum reddidit. Qui vehementer cefus ad stratum propinquum recessit. Die vero altera erat pro utilitate monasterii causa constituta. Expletis igitur hymnis matutinalibus libertinus ad lectum abbatis venit orationem sibi humiliter petiit. Sciens vero ille quantum a cunctis honoraretur: quantum diligere: pro iniuria quam ei ingesserat: recedere eum a monasterio velle putabat: atque regressus dicens. Ubi vis ire? Cui ille respondit. Monasterii causa constituta est pater: quam declinare nequeo: quod hesterno die me hodie iurum promisi: illuc ire disposui. Tunc ille a fando cordis considerans aspirantem et duriciam suam: humilitatem ac mansuetudinem libertini: ex lecto prostravit. pedes libertini tenuit. se peccasse: seque rem esse testatur. Et quod tanto talique viro tam crudeliter facere contumeliam presumpsisset. Atque pro libertino sese in terram prosternens eiusque pedibus prostravit. sue culpe non illi seuitie fuisse referebat quod protulerat. Sicque actum est ut ad magnam mansuetudinem duceret pater et humilitas discipuli magistra fieret magistri. Cuius pro utilitate monasterii ad constitutionem cause egressus fuisset: multi viri noti ac nobiles qui eum valde honorabant: vehementer admirati: sollicitate requirebant quidnam hoc esset quod tam tumere ac lividum haberet faciem. Quibus ille dicebat. hesterno die sero, peccatis meis exigentibus in scabello suppedaneo impugni: atque hoc protuli. Sicque vir sanctus servans in pectore honorem vitae et magistrum nec primis predebat virtutem nec fallitatem: scurrile peccatum. Petrus.

Libertini mira patientia.

Libertini modestum rsum.

**U**tasnevir iste venerabilis libertinus (de quo tot signa et miracula retulisti) in tam ampla congregatione unitas

# Dialogi beati Gregorij.

vores suos in virtutibus non reliquit.

Gregorius.

## Capitulum. iij. De hortu:

lano monacho monasterij eiusdem.

**H**elix qui appellabatur curuus: quem ipse bene nosti: qui eiusdem monasterij nuper ppositus fuerat: multa mihi de fratribus eiusdem monasterij admiranda narrabat. Et quibus aliquid quod ad memoriam venisset supprimo: quia ad alia festino.

Sed vni dicam quod ab eo narratum pretereundum nullo modo estimo.

**I**n eodem monasterio quidam magne vite monachus erat hortulanus. Fur homo venire consueverat: et per sepe ascendere et occulte olera auferre. Cumque ille multa platarum que minus inueniret: et alia pedibus conculcata: alta direpta conspiceret: totum hortum circuiens: inuenit iter unde fur venire consueverat. Qui in eodem horto deambulans: reperit etiam serpentem: cui precipiens dixit. Sequere me: atque ad aditum furis puenies impauit serpenti dicens. In noie iesu non permittas. Protinus serpens totum se in itinere intransuer sum tetendit: et ad cellam monachus rediit. Cumque meridiano tempore cuncti fratres quiescerent: more solito fur aduenit: ascendit sepe. Et cum in hortum pedem poneret: vidit subito quod extensus serpens clausisset viam: et tremefactus post semetipsum cecidit: eiusque pes per calceamentum in sude sepiis inhesit: sicut usque dum hortulanus rediret: deorsum capite pepedit. Confecta hora venit hortulanus pendente in sepe fure reperit: et serpenti dixit. Gratias deo: implesti quod iussi: recede modo. Qui statim abcessit. Ad furem vero perueniens ait. Quid est frater: tradidit te mihi de quare in labore monachorum furtum totiens facere presumpsisti? Qui hec dicens pedem illius a sepe in qua inheserat soluit: eiusque sine lesione deposuit. Cui dixit. Sequere me. Quae sequentem duxit ad hortum aditum: et olera que furto appetebat auferre ei cum magna dulcedine prebuit dicens. Uade et post furtum non facias: sed cum necesse habes huc ad me ingredi: et que tu cum pacto laborabas tollere: ego tibi deuotus dabo.

Petrus.

Serpens hortus custos.

Fur miraculose deprehensus.

# Liber primus. Fo. v.

**N**unc vsq; vt inuenio: incassum ego nō fuisse patres  
in Italia qui signa facerent estimabam.

## Capitulum. iij. De equi-

tio abbate prouincie valerie.

Gregorius.

**H**ocinati viri venerabilis abbatis monaste-  
rii qd appellat balneū ciceronis: aliorūq;  
etiā viroz venerabilū dedici relatione qd  
narro. Vir scitissim⁹ equiti⁹ nōle in valerie  
pulcie p̄tib⁹ p vite sue merito ap̄d oēs illic  
magne admirationis habebat: cui fortunat⁹ idē familiari-  
ter not⁹ fuit. Qui nimirū equiti⁹ p sue magnitudine scita-  
tis mltroz in eadē puincia monasterioz pater extitit. hūc  
cū iuuetutis sue tēpote acri certamine carnis incētiua sati-  
garet: ip̄e sue tētatiōis angustie eū ad ofouis studiū soler-  
tiorē fecerūt. Cūq; hac in re ab oipotēti deo remediū cōti-  
nuis p̄tib⁹ q̄rere t: nocte qdā assistente angelo eumuchisari  
se vidit. eiusq; vitioni apparuit q̄ oēm motū ex genitalib⁹  
ei⁹ mēbris absunderet: atq; ex eo tēpote, ita alien⁹ extitit a  
tētatione: ac si sexū nō haberet in corpe. Qua virtute fret⁹  
ex oipotētis dei auxilio, vt viris ante p̄erat: ita cepit post  
modū etiā feminis p̄esse: nec tñ discipulos suos admone-  
re cessabat ne se ei⁹ exēplo in hac re facile crederēt: ⁊ casu  
ri non tētaret donū quod non accepissent.

**E**o autē tēpore quo malefici in hac sunt romana vrbe  
deprehēsi basili⁹ (q̄ in magicis opibus prim⁹ fuit) in  
monachico habitu valeriā fugiēs petijt. Qui ad virū reue-  
rētissimū castorū amitrine ciuitatis ep̄m pergēs: petijt ab  
eo vt eū equitio abbati cōmitteret: ac sanādū monasterio  
ill⁹ cōmēdaret. Tūc ad monasteriū venit ep̄s: secūq; bass-  
icum monachum dedit. ⁊ equitiū dei famulū rogauit: vt  
eundem monachum in cōgregationē susciperet. Quem sta-  
tim vir sanctus intuens ast. hunc quem mihi commendas  
pater: ego non video monachum esse: sed dyabolum. Cui  
ille respondit. Occasionem queris: ne debeas prestare  
quod peto. Ad quem mox dei famulus dixit. Ego quidem  
hoc eū esse denūcio: quod video, ne tamē nolle me obedire

Balneum ce-  
ceronis mo-  
nasterium.

Uisio de eu-  
nuchatione  
equiti.

De basilio.  
magico.

Basilius sine  
habitu mona-  
chi dyabolus  
esse ab equi-  
tio cernitur.

## Dialogi beati Gregorij.

existimes: facio quod iubes. Susceptus itaq; in monasterio est. Post non multos vero dies idem dei famulus pro exhortandis ad desideria superna fidelibus paulo longius a cella digressus est. Quo discedere contigit ut in monasterio virginis in quo eiusdem patris cura vigilabat: una eaque iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur febricitare inciperet: et vehementer anxari: magnisque vocibus cum stridore clamare. **M**o moritura sum nisi basilii monachus veniat. et ipse mihi per sue curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quispiam monachorum in congregationem virginum non audebat: quomodo ille qui novus aduenerat: eiusque adhuc vitam congregatio fratrum nesciebat. **M**issum repente est: et dei famulo equitio nunciatus: quod sancti monialis illa immensis febribus estuaret: et basilium monachi visitationem anxie quereret. quo audito vir sanctus dedignando subiit: atque ait. **N**uquid nam dixi quod dyabolus est iste: non monachus: ite et eum de cella expellite. **D**e ancilla autem dei qui anxietate febrium urget nolite esse solliciti: quia ex hac hora neque febribus laboratura est: neque basilium quaesitara. **R**egressus est monachus: et ea hora saluti restituta dei virginem agnouit: qua eandem salutem illi dei famulo equitio longe positus nunciavit in virtute scilicet miraculi exemplum tenens magistri qui inuitatus ad filium reguli eum solo verbo restituit saluti: et reuertens pro ea hora filium restitutum vite cognosceret: qui vitam illi ex ore veritatis audisset. **O**es autem monachi iussione patris sui implentes eundem basilium ex monasterii habitacione repulerunt. **Q**ui repulsus dixit: frequenter se cellam equitii magicis artibus in aera suspensus: nec tamen ei quaesitum ledere potuisse. **Q**ui non post longum tempus in hac romana urbe exarscente zelo christiani populi igne crematus est.

**Q**uadā vero die una dei famula ex eodem monasterio virginis hortum ingressa est: que lactucam conspiciens concupuit eamque signo crucis benedicere oblita auidem momordit: sed arrepta a dyabolo primus cecidit. **C**umque videretur eidem profecto equitio sub celeritate nunciatus est ut veniret concitus: et oratio succurreret. **M**oxque hortum idem pater ut ingressus est: cepit ex eius ore quasi satifaciens ipse qui hanc arripuerat dyabolus clamare dicens. **E**go quid feci?

Virgo febricitans sine remedio curata.

Basilium romae crematus est.

Monialis obfessa per equitium liberata.

# Liber primus Fo. vi.

ego quid feci: Sedebā ibi sup lactucā venit illa ⁊ momor-  
dit me. Cui cū indignatione vir dei precepit vt discederet  
⁊ locū in omnipotētis dei famula non haberet. Qui pro-  
tinus abcessit: nec eam vltra contingere preualuit.

**Q**uidā vero Felix nomine mirisse puincie nobilis pa-  
ter huius castorū q̄ nunc nobiscū in romanavibe des-  
moratur: cū eundē venerabilē virū. Equitiū sacrū ordinē  
nō habere cōspiceret: ⁊ per singula discurrere: atq; studio  
se predicare: eū quadā die familiaritatis ausu adit dicens  
Qui sacrū ordinem nō habes: atq; a romano pontifice sub  
quo degis predicationis licentiam non accepisti. Predicas  
re quō presumis: q̄ eius inquisitione cōpulsus vir sanct⁹ in-  
dicauit pdicationis licentiam qualiter accepit dicens. Ea  
que mihi loqueris: ego quoq; tecū ipse pertracto. Sed qua  
dā nocte speciosus mihi p̄ visionē iuuenis asstitit: atq; in lin-  
gua mea medicinale ferramentū. i. fleubotimū posuit dis-  
cēs. Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad predicā-  
dum. Atq; ex illo die etiam cūz voluero: de deo tacere nō  
possum.

Licētia pres-  
dicādi eq̄riū  
sine sacris or-  
dīnibus

Petrus.

**U**ellem etiam patris huius opus agnoscere qui fers-  
tur talia dona a deo percepisse.

Stegorius.

**O**pus petere ex dono est: nō donū ex opere: altoquin  
gratia iā nō est gratia. Omne q̄ppe op⁹ dona p̄ue-  
nit q̄uis ex subsequenti opere ip̄a etiā dona succrescunt.  
Ne tamē vite eius cognitione frauderis bene hanc reuerē-  
tissimus vir Albinus reatine antistes ecclie cognouit ⁊ ad  
huc supersunt multi qui scire potuerunt. Sed quid pl⁹ que  
ris operis q̄n concordabat vite mundicia cum studio predi-  
cationis. Tantus quippe illum feruor ad colligendas des-  
asas accenderat: vt sic monasteriis preesset quatenus per  
eclesias: p̄ castra: p̄ vicos: per singulorum quoq; fidelium  
domos circūquaq; discurreret: ⁊ corda audientū ad amo-  
rem patrie celestis excitaret erat hō valde vilis investit⁹  
atq; ita despectuavel si quis illū fortasse nesciret: salutatus  
etiam resalutare despiceret: ⁊ quotiēs alia tēdebat ad lo-  
ca iumentū sedere p̄sueuerat: q̄s eē despectabilib⁹ omnibus  
iumentis in cella potuisset. In quo etiā capistro p̄ freno: et

Nota.

Equitiū vita.

Equiti⁹ viles  
ferebat ve-  
stra.

## Dialogi beati Gregorij.

**Equiti equi-** verne cū pellib<sup>9</sup> p sella vtebat: p semetipsum sacros codi-  
**tandi modus** ces in pelliculis sacculis millos dextro leuog<sup>9</sup> portabat late  
re: vt quocūq; puenisset scripturarū aperiebat fontem ⁊ ri-  
gabat prata mentiū. huius quoq; opinio predicationis ad  
romane vrbis notitiā peruenit: atq; vt est lingua adulatiū  
auditoris sui animū amplectendū necās. Eo tēpore clerici  
huius apostolice sedis antistiti adulando questi sunt dicen-  
tes. Quis est iste vir rusticus qui auctoritatē sibi predicatio-  
nis arripuit: ⁊ officiū apostolici nostri dñi sibi in se inductus  
vsurpare presumat. Mittatur ergo si placet q̄ huc eū exhibe-  
at vt quid sit ecclesiasticus rigor agnoscat. Sicut autē mo-  
ris est vt occupato in multis animo adulatio valde surri-  
piat si ab ipso cordis ostio nequaq; fuerit citius repulsa.  
Suadentibus clericis p̄sum̄ pontifex prebuit vt ad ro-  
manā vrbē dñi debuisset: ⁊ quenā sua esset mēsurā cognos-  
ceret. Julianū tñ tunc defensorē mittēs qui Sabīnēs eccle-  
sie postmodū in ep̄atu prebuit: hoc p̄cepit vt cū magno eius  
honore deduceret: ne quicūq; dei famulus ex cōuentione ea-  
dē iniuriā sentiret. Qui parere de eo clericorū votis p̄citus  
volēs festine ad eius monasteriū cucurrit: ibiq; absente il-  
lo antiquarios scribentes repperit vbi abbas eē requisit  
Qui dixerūt. In valle hac que monasterio subsacet femum  
secat. Idē vero Julian<sup>9</sup> superbū valde atq; cōtumacē pue-  
rū habuit: cui vix poterat vel ip̄e dñari. Hūc ergo misit vt  
ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer ⁊ p-  
teruo spiritu pratū velociter ingressus hominesq; illuc in-  
tuens fenū secantes. Requisiuit quisnā esset Equit<sup>9</sup> mor-  
q; vt audiuit quis esset eū adhuc lōge positus asperit: ⁊ in-  
mensō timore correptus cepit timere ⁊ lacescere seq; ip̄s nu-  
tanti gressu vix portare posse quātremēs ad dei hominem  
puenit atq; vlnis humiliter submissis ei<sup>9</sup> genus deosculās  
strinxit: suūq; dñm occurrisse nunciāuit. Cui resalutato  
dei famulus precepit dicens. Lena fenū viride porta pas-  
bulū iunētis in quib<sup>9</sup> venistis: ecce ego (q; parū superest)  
opere expleto te subsequor. Is autem qui milus fuerat Ju-  
lianus defensor mirabatur valde quidnam esset q; redire  
moraretur puer. Cumq; reuertentem puerum conspicit at  
q; in collo femum ex prato deferentem vehementer iratus

**Equitiū adu-  
latores accu-  
sant.**

**Equitus fe-  
num secabat.**

# Liber primus. Fo. vij.

cepit clamare dicens. Quid est hoc: ego te nisi hominem  
deducere non fenum potare? Cui puer risit. Quæ queris  
ecce subsequitur? Et ecce vir dei clauatis calciatus caligis  
calcem fenariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc  
longe positum puer suo domino (quia ipse esset quem que-  
reret) indicauit. Idem vero Iulianus repente vt vidit dei  
famulum ex ipso habitu desperit: eumq; qualiter deberet  
alloqui proterus mente preparabat. Mox vero vt seruus  
dei cominus affuit eiusdem Iuliani animum intolerabilis  
pauor inuasit ita vt tremere: atq; ad insinuandū hoc ipm  
pro quo venerat vix sufficere lingua potuisset. Qui humi-  
liato mox spiritu ad eius genua cucurrit orationem p se fie-  
ri petijt: & quis pater eius apostolicus pontifex eum videre  
vellet indicauit. Vir autem venerandus Equitius cepit im-  
mētas gratias omnipotēti deo agere: asserens q; se p sum-  
mū pontificē gratia supna uisitasset. Illico vocauit fratres:  
precepit hora eadē iumenta pparare: atq; executorē suum  
cepit vehementer urgere vt cito abire debuissent. Cui Iulianus  
ait. hoc fieri nullaten<sup>9</sup> potest: q; lassatus ex itinere ho-  
die non valeo abire. Tunc ille respondit. Contristas me n-  
li: q; si hodierna die non egredimur iam crastina non exie-  
mus. Dei itaq; famulus executoris sui lassitudine coactus  
in monasterio suo eadem nocte demoratus est. Sequēti ve-  
ro die sub ipso lucis crepusculo vehementer equo in cursu  
fatigato ad Iulianū puer cur epistola peruenit: in qua pre-  
ceptum est ei ne seruū dei cōtingere vel mouere de monas-  
terio auderet. Quæ cū ille requireret cur sentētia eēt mis-  
tata cognouit q; nocte eadē in qua ipse executor illuc mis-  
sus est per visum pontifex fuerat vehementer exterritus  
cur ad exhibendum dei hominem mittere presumpsisset.  
Qui protinus surrexit: seq; venerādi viri cōmendans ora-  
tionib<sup>9</sup> ait. Rogat pater noster ne fatigari debeat. Cūq;  
hoc dei famul<sup>9</sup> audiret tristat<sup>9</sup> ait. Nūquid nō die hester  
no dixi tibi q; si statū nō pgerem<sup>9</sup>: iā pgerē minime liceret  
Tūc p caritatis exhibitōe aliquātulū executorē suū in cel-  
la detinuit eiq; laboris sui cōmoduz coacto renitētq; dedit  
Cognosce igitur Petre in quanta dei custodia sunt qui in  
hac vita seipos despiciere nouerunt: cum quibus uerus

Clauatis cal-  
ciatus erat ea  
ligis.

Nota

## Dialogi beati Gregorij.

Luce. xvi.

cluib<sup>9</sup> in honore numerant: qui despecti foris hominib<sup>9</sup> eē non erubescit: qz r cōtra in dei oculis non iacent qui apud suos: r primoz oculos per inanis glorie appetitum timent. Unde r quibusdā s̄ditas dicit. Vos estis qui iustificatis vos corā hoibus. deus aut nouit corda vestra: qz qd hoibus altū est: r abominabile est ante deum. Petrus.

**M**oroz valde q de tali viro surripi pōssici tanto potuerit. Gregorius.

Dauid contra ionathe filium sententia dedit.

**Q**uid miraris petre: quia fallimur qui homines sumus. An menti excidit q Dauid q pphetie spm̄ habere cōstenerat cōtra innocentē ionathe filiū sententiam dedit cum verba pueri mentientis audiuit: qd tñ qz ver dauid factū ē: et occulto dei iudicio iustū credim<sup>9</sup>: r tñ humana ratione qualiter iustum uerit nō videmus. Quid ergo mirū si ore mentientū aliquando in aliud ducimur q pphete nō sumus: Multum uero est q uniuscuiusqz presulis mentem curarum densitas vastat. Cūqz animus diuiditur ad multa: fit minor ad singula: tantoqz ei in via qualibet re surripitur: quanto latius in multis occupatur. Petrus. Vera sunt ualde que dicis. Gregorius.

Nota.

Equiti sepulchri miraculum

**S**ilere nō debeo quod de hoc viro abbate quondam meo reuerētissimo ualētino narrāte agnouī. Aiebat namqz quia corpus eius dum in beati Laurētij martyris oratorio esset humatū: super sepulchrum illius rustic<sup>9</sup> quidam archam cum frumento posuit: nec quātus: qualisqz uir illic isceret: ppendere ac uereri curauit. Tunc repente turbo celitus factus rebus illic omnibus in sua stabilitate mansentibus archam que superposita sepulchro eius fuerat extollit: longeqz proiecit: ita ut palam cuncti cognoscerent quanti esset meriti is cuius illic corpus iaceret.

Equitius monachos ad sepulchrum eius fugientes tuatur.

**E**tiam ea que sub iugo predicti uenerabilis uiri facti nati q valde mihi etate iopere: r simplicitate placet relatione cognoui. Eandem ualērie puinciam longobardis intrantibus ex monasterio reuerentissimi uiri Equiti in predicto oratorio ad sepulchrum eius monachi fugerunt. Cūqz longobardi seuerētes monasterium intrassent: ceperunt eosdē monachos foras trahere: ut eos aut p tormenta



# Liber primus. Fo. viij.

discuterent: aut gladijs cecarent: quoz vn<sup>9</sup> ingemuit: atq;  
acri dolore cōmotus clamauit. heu heu sancte Equiti: pla-  
cet tibi vt trahamur ⁊ nō nos defendas. Ad cui<sup>9</sup> vocē pri-  
mus seuitēs longobardos immūdos spūs inuasit. Qui cor-  
ruētes in terrā tādiu verati sunt: quousq; hoc cuncti (etiā q̄  
foris erāt longobardi cognoscerēt: quatenus locū sacrū te-  
merare vlteri<sup>9</sup> nō auderēt. Sicq; vir scūs dū discipulos des-  
cendit: etiā multis post remediū illuc fugientibus prestitis.

## Capitulum v. De Constantio mansionario ecclesie sancti stephani.

**Q**uīsdam coepiscopi mei didici relatiōe quod  
narro. Qui in anthonitana vrbe p̄ annos mul-  
tos in monastico habitu deguit: ibiq; vitam  
nō mediocriter religiosam duxit. Cui etiam  
q̄dē nostri iā p̄uēctioris etatis q̄ ex eisdē sunt  
ptibus attestatur. Iuxta eā nāq; ciuitatē ecclesia beati mar-  
tyris stephani sita est: in qua vīr vite venerabilis Cōstā-  
tius noīe qui Mansionarij funct<sup>9</sup> officio deseruiebat: cuius  
sanctitatis opinio sese ad noriciā hōim longe lateq; detēde-  
rat. Qui isdem vir funditus terrena despiciēs: totoz annū  
sumentis ad sola celestia flagrabat. Quadā vero die dum  
in eadē ecclesia oleū deesset: ⁊ p̄dict<sup>9</sup> deifamul<sup>9</sup> vñ lāpades  
eccleie accēderet iplcuit aq̄: atq; ex more ī medio papiz po-  
suit: quas allato igne succēdit: sicq; aq̄ arsit in lampadibus  
ac si oleū fuisset. Perpende igit̄ Petre cuius metiti vir iste  
fuerit: q̄ necessitate cōpuls<sup>9</sup> elemēti naturā mutauit. Petr<sup>9</sup>

Ecclesia beati  
Stephani.

Constantius  
aquam loco  
olei arderet  
lampadibus  
fecit.

**Q**uod ē valde qd̄ audio: s̄vellē nosse cui<sup>9</sup> hūilitatē ap̄d  
se eēt<sup>9</sup>: potuit iste: q̄ tāte excellētē for̄s fuit. Grego-

**I**nter v̄tutes, animū cognoscere ⁊ grue queris: qz ml̄  
tū valde est q̄ tētatione sua intus mentē lacessunt mī-  
ra que foris sunt. S̄ si huius Cōstantij venerabilis vnū  
qd̄ fecit audis: cui<sup>9</sup> hūilitatis fuerit citi<sup>9</sup> agnoscis. Petr<sup>9</sup>.

**P**ostq; mihi facti illius tale miraculum dixisti: super  
est etiam vt me de humilitate memris eius edifices.  
Gregorius.

## Dialogi beati Gregorij.

Constātij for-  
ma et statura  
Nota.

**Q**uia valde opinio scitatis ei⁹ excreuerat: multi hūc  
ex diuersis puincijs anrie videre sitiebāt. Quadā  
⁹s die ex lōginq loco advidēdū eū qdā rustic⁹ venit. Eadē  
⁹o hora casu cōtigerat vt sc̄t̄s vir sc̄s in ligneis gradib⁹  
reficiēdis dseruaret lāpadib⁹. Erat autē pusill⁹ valde exili  
forma atq; despecta. Cūq; is q ad vidēdū eū venerat q̄snā  
eēt inq̄reret: atq; obnixe peteret: vt sibi debuisset oñdi: hī  
q̄ illū nouerāt mōstrauerūt q̄s esset. S; sicut stulte mētes  
holm merita ex q̄litate corpis metiūt: eū pusillū atq; despe-  
ctū vidētes ip̄s hūc esse nō cepit oīno credere. In mēte etel  
rustica iter hoc q̄s audierat et videbat: q̄si facta fuerat qdā  
rira: et estimabat t̄ā breuē p̄uisionē eē nō posse: quē t̄ā ingē-  
tē habuerat p̄ opinionē. Cūq; ip̄m eū esse a plurib⁹ fuisse  
assertū: despexit: et cepit irridere dicēs. Ego grādē hoīem  
credidi: iste autē de hoīe nihū h; . Qd vt vir dei Cōst̄ri⁹ au-  
diuit: lāpades q̄s reficiebat p̄tin⁹ relinquēs let⁹ cōcitus de-  
scēdit: atq; i eiusdē rustici āplexū ruit: eūq; ex amore nimio  
cōstringere cepit brachijs et osculari: magnasq; gr̄as age-  
re q̄ is de se talia iudicasset: dicēs. Tu sol⁹ es q̄ in me aper-  
tos oculos habuisti. Qua ex re pensandum est cuius apud  
se humilitatis fuerit: qui despicientē se rusticū ampli⁹ ama-  
uit. Qualis em̄ quisq; apud se lateat: etumelia illata p̄bat.  
Nā sicut sup̄bi honorib⁹: sic plerūq; humiles sua despectio-  
ne gratulantē. Cūq; se et in alienis oculis viles aspiciūt: id-  
circo gaudēt: qz hoc iudicio cōfirmati intelligūt: qd de se et  
ip̄s apud semetip̄os habuerunt. Petrus.

Constātij hu-  
militas ma-  
gna.

Nota.

**A**gnosco vir iste magnus foris fuit in miraculis:  
sed maior intus in humilitate cordis.

### Capitulum. vi. De marce

lino Anthonitane ciuitatis episcopo. Gregorius.

**A**iusdem quoq; anthonitane antistes ecclesie  
vir vite venerabilis Marcellinus fuit: cuius  
gressum dolore nimio podagra contraxerat  
eumq; familiares sui sicubi necesse erat in ma-  
ribus ferebant. Quadā vero die per culpam  
i curie eadē ciuitas anthonitana successa ē. Cūq; veltē

ter arderet: cucurrerūt omnes vt igr: ē extinguerēt. Sz il-  
 lis aquā certatim pūciētib⁹ ita crescebat flāma vt iam to-  
 tius vrbis interitū minari videret. Cūq; ad p̄p̄liquiora sibi  
 loca queq; ignis inuaderet: itaq; vrbis p̄tē nō modicā p̄sum-  
 plisset: ⁊ obsistere nullus valeret: deduct⁹ in manibus ve-  
 nit eps: ⁊ tanta periculi necessitate. cōpulsus familiaribus  
 suis se portātib⁹ p̄cepit dicēs. Cōtra ignē me ponite. Qd  
 ita factū est: atq; in eo loco est posit⁹ vbi tota vis flāme vis-  
 debat incubere. Cepit aut̄ miro modo in semetip̄s incēdiū  
 retorqueri: ac si reflexionis sue impet⁹ exclamaret se ep̄m  
 trāsire non posse. Sicq; factū est vt flamma incēdiū illo ter-  
 mino refrenata in semetipsum refrigesceret: ⁊ cōtingere vl-  
 terius quicq; edificij nō auderet. Perpendis Petre cuius  
 sanctitatis fuerit egrum hominem sedere ⁊ exorādo flam-  
 mas premere. Petrus. Et p̄p̄edo ⁊ obstupesco. Gregorius

Marcellin⁹  
 ignem estuē  
 tē sanctitate  
 compefcuit.

## Capitulū. vij. De Nonno

fo preposito monasterij in monte foractis.

**D**E vicino nūc loco tibi aliquid narrabo qđ ⁊ vi-  
 ri venerabilis Maximiani ep̄i et laudronia  
 que nosti veterani monachi q̄ vterq; nūc vsq;  
 supest: relatiōe cognoui. q̄ scz Iaurio i illo mo-  
 nasterio qđ iuxta vrbē neptanā locat ab Ana-  
 stasio viro sanctissimo nutrit⁹ est. Qui nimirū Anastasi⁹ vi-  
 ri venerabilis viro Nonoso preposito monasterij qđ fora-  
 ctis mōte sitū est: ⁊ p̄p̄nitate loci ⁊ morū magnitudine  
 ⁊ d̄tntū studijs assidue iūgebat. Idē vō Nonosus sub asper-  
 rimo sui monasterij degebat patre: sed ei⁹ mores mira sp̄-  
 sequanimitate tolerabat. Sicq; fratrib⁹ p̄erat in māsueta-  
 dine sicut crebro patris iracundiā ex hūilitate mitigabat.  
 Qđ vō ei⁹ monasteriū i sūmo mōtis cacumie sitū ē: ad quā-  
 libet puū hortū fratrib⁹ excollēdū nulla patebat planicies  
 vn⁹ aut̄ breuissim⁹ loc⁹ i latere mōtis excreuerat que ingē-  
 tis saxi natura lr egrediēs occupabat. Quadā vero  
 die dū Nonosus vir venerabilis cogitaret qđ saltē ad cōdi-  
 mēta olerū nutrienda locus idē aptus potuisset existere: si  
 hunc moles saxi illius non teneret: occurrit aio qđ eandem  
 molē quingenta bouū paria mouere nō possent. Cūq; de hu-  
 b. ij.

Nonosus saxi  
 rum ingens  
 sua oratione  
 amouit.

## Dialogi beati Gregorij.

mano labore facta esset desperatio: ad diuinū se solatiū cōtulit: seque illic nocturno silentio in orationem dedit. Cūque mane facta ad eūdem locū fratres veniret inuenerūt molē tāte magnitudinis ab eodē loco longi<sup>9</sup> recessisse: suoque recessu largum fratribus spacium ad excolendum hortum dedisse.

**A**lio quoque tēpore cū idē vir venerabilis lampades vitreas in oratorio lauaret: vna ex ei<sup>9</sup> manū<sup>9</sup> cecidit quā p̄ innumeras partes fracta dissiluit: quā vehemētissimū patris monasterij furore tūmēs lapidis partem<sup>9</sup> omnia fragmenta collegit: atque an̄ altare posuit: seque cū graui gemitu in orationē dedit. Cūque ab oratione caput leuasset: sanā lampadē reperit quā tūmēs p̄ fragmenta collegerat. Sicque i duob<sup>9</sup> miraculis duorum patrum virtutes imitat<sup>9</sup> ē. In mole scilicet saxi factū Gregorij quā montē mouit. In reparatiōe vero lapidis virtutē donati quā fractū calicē p̄stine icolumitati restituit. Petrus.

Nonnosus lampadē fractā orationē re integravit.

**H**abemus (vt video) de exemplis veteribus noua miracula. Gregorius.

**A**us ne aliquid in operatione. Nonnosus de imitatio ne quoque helisei cognoscere. Petrus. Volo atque inhiante cupio. Gregorius.

**D**um quadam die in monasterio vetus oleū deesset: itaque colligende oliuē tēpus incumberet: sed fructus in oliuis nullus appareret. Usus patri monasterij fuerat vt circūquaque fratres in colligendis oliuis ad exhibēda extraneis opera pergerent: quatinus ex mercede sui operis aliquantulū monasterio oleū deportarent. Quod vir domini. Nonnosus fieri cum magna humilitate prohibuit: ne exeuntes fratres ex monasterio dum lucra olei quererēt ammarū damna paterētur. Sed quia in monasterij arboribus oliue pauce inesse videbātur: eas colligi precepit: et in prelo mitti: et quālibet parū olei exire potuisset sibinet deferri. Factus est: et susceptū in paruo vasculo oleū fratres nonnosus dei famulo detulerunt: quod ipse p̄tinus ante altare posuit: cunctisque egredientibus orauit: atque accersitis postmodum fratribus precepit vt hoc quod detulerūt oleū leuarent: et p̄ cuncta vasa monasterij ex igne fundēdo diuiderent: quatinus b̄ndictione eiusdem olei omnia infusa viderentur: que p̄tinus vt erant vacua claudi fecit. Die vero altera aperta

Nonnosus oleum oratione augmētavit.

# Liber primus. Fo. r.

oia plena reperta sunt.

Petrus.

**P**robamus quot idie impleri verba veritatis que ait pater meus vsqz modo operatur ⁊ ego operor.

Joh. xv. ca.

## Caplm. viij. De anastasio

abbate monasterij quod suppetonia vocat. Gregorius.

**E**odem quoqz tēpore venerāndus vir Anastasi⁹ cui⁹ fugius memoriā feci sc̄te romane ecclesie cui deo auctore deseruio notarius fuit. Qui fo li deo vacare desiderans scribit⁹ deseruit monasterium elegit: atqz in eo loco quē prefatus

sum suppetoniā vocari per annos multos in sanctis actibus vitam durit: ei⁹ monasterio solerti custodia prefuit. Quo videlicet in loco ingēs desup er rupes eminent: ⁊ p̄sum dū subter precipitiū patet. Quadā nō nocte cū iam om̄p̄s decessisset: ab alta rupe vox facta est: q̄ p̄ducto sonitu clamaret dicens, Anastasi veni. Quo vocato alij quoqz septē fratres vocati sunt ex noie. paruo aut̄ momēto ea q̄ fuerat emissa vox siluit: ⁊ octauū fratrevocauit. Quas dū apte cōgregario audisset: dubiū nō fuit: qz eoz q̄ vocati sunt obit⁹ p̄pinq̄uasset. Intra paucos igit̄ dies p̄m⁹ venerāndus vir Anastasi⁹: ceteri aut̄ in eo ordine ex carne educti sunt: qui de rupis vertice sunt vocati. frater nō ille ad quē vox parū siluit: atqz eū tūc noiauit: mouētibus alijs paucis dieb⁹ vixit: ⁊ tūc vitā finiuit: vt aperte monstraret: qz inreiectū vocis silentiū paruum viuēt spatium signauerit. Sed mirares contigit: quia venerabilis vir Anastasius dū de corpore exiret: erat quidā in monasterio qui supuere eū noiebat: puolutus nō ei⁹ pedib⁹ cepit cū lachrymis ab eo postulare dices. Per illū ad quem vadis dep̄cor ⁊ adiuro ne septē dies sup te in hoc mūdo viuā: añ cur⁹ septimūdiē etiā ipse defunctus est: qui tñ in illa nocte inter ceteros nō fuerat vocatus: vt apte claresceret: qz ei⁹ obitū sola venerabilis Anastasij intercessio obtinere potuisset. Petrus.

Septes s̄re cū Anastasio ad montē vocati.

Non⁹ frater vltro: moites peccatus est.

**Q**uam idem frater ⁊ vocatus inter ceteros nō est: ⁊ tñ sancti viri intercessionibus extra lucē subtractus est b. iij.

## Dialogi beati Gregorij.

qd aliis dicitur intelligi: nisi qd hi qd apud dnm magni sunt meriti  
obtinere aliqui pnt ea etiā qd nō sunt pdestinata. Grego.

Nota de pre-  
destinatione.

**O**stinere nequa qd pnt qd pdestinata nō fuerūt: sed ea  
q sancti viri orādo efficiūt ita pdestinata sunt vt pci-  
bus obtineāt. Nā ipsa qd phemis regni pdestinatio ita ē  
ab omnipotēti deo disposita vt ad hoc electi p labore pueni-  
ant: quatenus postulando mereant accipere qd eis ops de-  
ante secula disposuit donare. Petrus.

**R**obari mihi aperiūsus vellē: si potest pdestinatio  
precibus iuuari. Gregorius.

Gene. xxi.

Gen. xxvij.

Gene. xxij. et

xxvi.

Gen. xxv.

Predestina-

tio quō preci-

bus iuuetur.

**H**ec qd ego petre intuli: concite valet pbari. Certe  
eterni nosti qd ad abraha dñs dixit. In ysaac vocabis  
tibi semē. Cui etiā dixerat. Patri ē multarū gētū cō-  
stitui te. Cui rursum pmissit dicens. Benedicā tibi: et multiplicabo  
semē tuū sicut stellas celi: et sicut harenā maris. Ex q re ap-  
tēstat: qd ops de- semē abrahe multiplicari p ysaac pdes-  
tinauerat: et tñ scriptū est. Depcat est ysaac dnm p vxore  
sua: eo qd eēt sterilis: qd exaudiuit eū et dedit conceptū rebecca  
Si ergo multiplicatio gñis abrahe p ysaac pdestinata fuit  
cur cōiugē sterilē accepit: Sz nimirū stat: qd pdestinatio  
p cib- impleret: qñ is in quo de- multiplicare semē abrahe  
pdestinauerat ofone obtinuit: vt filios habere potuisset.  
Petrus.

**Q**uia secretū rō aperit: nihil mihi dubietatē remāsit.

### Capulus. ix. De bonifacio

ferentine cuntas episcopo.

Gregorius.

**U**bi tibi aliqd de tuscie ptib- narrē: vt cognos-  
cas qles in ea viri fuerint et omnipotētis dei  
noticie: quātum ppinqui? Petrus.

**U**olo: atq hoc omnimodo erposco.  
Gregorius.

**E**rit vir vite venerabilis bonifaci- noie qui in ea ciui-  
tate q ferētis bz epatus officium tenuit: et moribus  
impleuit. hui- multa miracula is qui adhuc super est gan-  
dentius pbr narrauit. Qui nutrit- in eius obsequio tanto  
valet de illo verat- dicere: qto ei cōtigit et interesse. hui-

# Liber primus. Fo. xi.

eccle gravis valde paupras inerat: q̄ bonis mētib⁹ esse so: Nota de pau  
let custodia humilitatis: nihilq; aliud ad oē stipēdiū: nisi pertate.  
vnā t̄m̄mō vineā habebat: q̄ q̄dā die ita grādie irruente  
vastata est: vt in eā paucis vitib⁹ vix parui rariq; recemi  
remāissent. Quo cū dei p̄dicit⁹ vir reuerētissim⁹ Bonifaci⁹  
ep̄s fuisse ingressus: magnas oīpotēti deo ḡfas retulit: qz  
in ip̄a sua adhuc inopia sese angustiari cognouit. Sz cū iā  
t̄pus exigeret vt ip̄i q̄q; racemi q̄ remāserāt maturescere  
potuissent custodē vinee ex more posuit: eāq; sollerti vigi-  
lātia seruari p̄cepit. Quadā h̄o die mādauit Cōstātio p̄s-  
bytero nepoti suo: vt cūcta vini vascula in ep̄io oīaq; doli-  
a vt añ consueuerat pice supfusa p̄pararet. Quō cū nepos  
ill⁹ p̄bfi audisset valde admirat⁹ est q̄ q̄si insana p̄ciperet  
q̄ vinū vascula p̄parare faceret q̄ vinū minime h̄eret: nec tñ  
p̄sumpsit inq̄rere cur talia iuberet: sz iussis obteperat ⁊ oīa  
ex more p̄parauit. Tunc vir dei vineā ingressus: racemos Bonifacius  
collegit: ad calcatorū detulit: oēsq; exinde egredi p̄cepit ep̄s vinū abū  
solusq; ibi cū vno paruulo puero remāsit: quē in eodē calca-  
torio deposuit: ⁊ calcari ipsos paucissimos racemos fecit. uit.  
Cūq; ex eisdē racemis parū aliqd̄ vini deflueret: cepit hoc  
vir dei suis manibus in paruuo vase suscipere: ⁊ per cūcta  
dolia oīaq; vasa q̄ parata fuerāt p̄ b̄ndictiōe diuidere: vt  
ex eodē vino oīa vascula vix infusa viderent. Cū h̄o ex liq̄  
re vini parū aliqd̄ in vasis oib⁹ misisset: vocauit p̄tin⁹ p̄s-  
byterū: iussitq; pauperes adesse. Tūc cepit vinū in calcato-  
rio crescere: ita vt oīa q̄ allata fuerāt pauperū vascula im-  
pleret. Quib⁹ cū se idonee satisfecisse cōspiceret: ex calcato-  
rio iussit puerū discedere: apothecā clausit: atq; in imp̄sio fl-  
gillo p̄prio munitā reliq̄t: mox ad ecclesiā rediit. Die vero  
tertia predictū Cōstantium p̄sbyterū vocauit: ⁊ oratio-  
ne facta apothecā aperuit: ⁊ vasa in quibus tenuissimum li-  
quorem infuderat vbertim vinum fundentia inuenit: ita  
vt pauimentum omne ex crescentia vna inuaderent: si ad  
hec ep̄us tardī⁹ intrasset. Tūc terribiliter p̄sbytero p̄e-  
cepit: ne quousq; ip̄e in corpore vueret hoc miraculū cui⁹  
indicaret: p̄tumesces videlicet ne h̄tute facti fauore huma-  
no pulsatus inde intus inuaderet vnde foris hoibus ma-  
gnus appareret: exemplum magistri sequens: qui vt nos  
b. uij.

Nota.

## Dialogi beati Gregorij.

ad viam duceret humilitatis de semetipso discipulis precepit dicens vt ea que vidissent minime dicerent: quousque filius hominis a mortuis resurgeret. Petrus.

**Q**uia occasio apta se prebuit: libet inquirere quidnam sit quod redemptor noster cum duobus cecis lumen reddidit: iussit vt nemini diceret: et illi, abeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. Numquid nam vnigenitus filius patri et sancto spiritui coeternus hac in re velle habuit quod non potuit implere: vt miraculum quod taceri voluit minime potuisset abscondi? Gregorius.

Attende doctrinam.

**R**edemptor noster per mortale corpus omne quod egit hoc nobis in exemplum actionis prebuit: vt per nostrarum virium modulo eius vestigia sequentes in offenso pede operis presentis vite carpanus viam. Miraculum namque faciens tacere iussit: et tamen tacere non potuit: vt videlicet electi eius exempla doctrine illius sequentes in magnis que faciunt latere quidem in voluntate habeant sed vt presentia alijs predicantur: quatenus et magne humilitatis sit que sua opera taceri appetunt: et magne utilitatis sit que eorum opera taceri non possunt. Non ergo voluit dominus quicquid fieri et minime potuit: sed quod velle eius membra debeant: quod de eis etiam volentibus fiat doctrine eius magisterio exemplum dedit. Petrus. Placet quod dicis. Gregorius.

**A**d huc pauca aliqua de bonifacii episcopi opere supersunt: que eius memoriam facimus: exequamur. Alio namque tempore beati petri martiris natalicio precipuebat dies quo in loco vir nobilis fortunatus nomine manebat: qui magnis precibus a beo deo venerabili viro postulauit: vt cum apostolo beatum martyrem missarum solennia ageret: ad benedictionem dandam in suam domum declinaret. Vir autem dei negare non potuit quod ab eo et fortunati mente charitas poposcit. Peractis igitur missarum solennijs: cum ad predicti fortunati venisset mensam: priusquam deo hymnum diceret (sicut quidam ludendi arte cibum solent querere) repente ante ianuam cum simia vir astritus: et cymbala percussit. Quem sanctus vir dedignatus audiens sonitum dixit: heu heu: mortuus est miser iste. Ego ad mensam refectiois veni: os adhuc ad laudem deum non aperui: et ille cum simia veniens percussit cymbala. Subiunxit quoque et ait: Ite et pro charitate eius cibum potius tribuite: scitote tamen

Bonifacii ioculatori mortem predicavit.



# Liber primus. Fo. xij.

men qz mortuus est. Qui infelix vir dū pauem ac vinū ex eadem domo percepisset: egredi ianuam voluit: sed sarum ingens subito de tecto cecidit: etq; in vertice venit. Ex q̄ p̄ cūssione p̄strat⁹ in manib⁹ iam seminiūsus leuatus est. Die vero altera scōm v̄it dei sententiam funditus fūiuit v̄itā. Qua in re petre pensandū est quantus sit viris sanctis timor exhibendus: templa em̄ dei sunt. Et cum ad iracūdiā vir sanctus trahitur: q̄s alius ad irascēdū nisi eiusdem tēpli inhabitator excitat: Metuenda ergo tāto est ira iustorū: quāto cōstat: qz in eoz cordibus ille presens est: qui ad inferendam v̄itionem quā voluerit inualidus non est.

Sancti viri  
dei tēpla sūt.

**A**Lio quoq; tēpore predict⁹ cōstātī⁹ presbyter nepos eius equum suū duodecim aureis v̄ēdidit: quos in p̄p̄ia archa ponēs: ad exercēdū op⁹ aliq̄s discessit. Tūc subito ab episcopo pauperes venerūt q̄ importune precabantur vt eis sanctus vir bonifacius ep̄s ad consolationem sue inopie aliq̄d largire debuisset. S; vir dei qz qd̄ tribueret nō habebat: estuare cepit in cogitatione ne ab eo pauperes vacui erirēt. Cui repente ad memoriā redijt: qz cōstātī⁹ presbyter nepos ei⁹ equū quē sedere cōsueuerat v̄ēdidisset: atq; hocip̄m in archa sua preciū haberet. Absente igit̄ eodē nepote suo accessit ad archam: et pie violentus claustra arche cōmūit duodecim aureos tulit: eosq; in digētib⁹ vt placuit diuisit. Itaq; cōstātī⁹ p̄sbyter rauerus ex ope archā fractā repperit: et caballi sui p̄ciū qd̄ in eā posuerat nō inuenit. Cepit itaq; voce magna p̄strepere: et cū furore nimio clamare. Oēs hic viuit: sol⁹ ego in domo hac viuere nō possum. Ad cuius nimirū voces venit ep̄s: oēsq; qui in eodē episcopio aderant. Cūq; eū locutiōe blāda vir dei tēperare voluisset: cepit ille cū iurgio respōdere dicēs. Omnes tecū viuunt: solus ego añ te hic viuere nō possum: redde mihi solidos meos. Quib⁹ vocib⁹ cōmotos ep̄s: b̄tē marie virginio ecclesiā ingressus est: et expansis manibus stādo cepit orare: vt ei redderet vñ presbyteri furētis in sauita mitisari potuisset. Cūq; subito oculos ad v̄estimētū suū ite: extēsa brachia reduxit: repēte i sinu suo. xij. aureos inuenit: ita fulgentes tāq; si ex igne p̄ducti eadē hora fuissent. Qui mox de ecclia egressus: eos i sinū furētis p̄sbyteri

Bonifacius  
pauperibus  
subuenit.

Bonifacius  
orādo. xij. au  
reos a beata  
vgine impet  
trauit.

## Dialogi beati Gregorij.

ri. piecit dicēs. Ecce habes solidos quos n̄ sisti. sed hoc tibi notū sit: qz post mortē meā tu hui⁹ ecclie ep̄s nō eris. ppter tuā auariciā. Fr̄ q̄ sn̄ia vitat̄ colligit: qz eisdē solidos pbr̄ p̄ adipiscēdo ep̄atū preparabat. S; viri dei sermo p̄ualuit nā idē Cōstātī⁹ in presbyteratus officio vitā finiuit.

Vasculū a bonifacio acceptum v̄inum auxit.

**A**Lio quoq; tpe duo ad eū gothi hospitalitatis gratia venerūt: qui rauennam se festinare p̄fessi sunt. Quibus ipse parū vas ligneū v̄ino plenū manu sua prebuit: quod foras in prando itineris habere potuissent: ex quo illi quo ad vsq; rauennā venirent gothi ebiberunt. Aliquantis aut diebus in eadē ciuitate morati sunt. & vinū q̄ a sc̄to viro acceperāt: quotidie in vsu habuerunt. Sicq; vsq; ad eundē venerabilē patrem ferentes reuersi sunt vt nullo die cessarent bibere: & tñ vinū eis ex illo vasculo nūq; deesset: ac si in illo vase ligneo quod ep̄s eis dederat: vinū non augetetur: sed nasceretur.

Eruce & precepto bonifacii ex horto migrauerūt.

**Q**uper quoq; de eiusdē loci partibus senex quidam clericus aduenit: & ea q̄ ip̄e de eo narrat silentio nō sunt p̄tereūda. Nā dicit q̄ quada die ingressus hortū magna hūc erucarū multitudine inuenit esse cooptū: qui omne hōlus in eo depire cōspiciēs: ad easdē erucas cōuersus dixit. Adiuro vos in noīe dñi iesu xp̄i: recedite hinc: atq; hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei x̄bum ita oēs egressi sunt vt nec vna quidē intra spatiū horti remaneret. S; qd mirū q̄ hec de ep̄atus ei⁹ tpe narramus: qñ iam ab ospotēte deo ordine simul & morib⁹ creuerat: dū illa magis miranda sunt que eū hic senex clericus adhuc puerulum fecisse testat̄. Nā ait q̄ eo tempore quo cum matre sua puer habitabat: egressus hospitio nōnunq; sine linea: crebro etiā sine tunica reuertebat: qz mox vt nudū quēpiā inuenit vestiebat hic se expoliās vt se añ dei oculos illius mercede vestiret. Quē m̄ sua frequēter increpare p̄sueuerat: dicēs q̄ iustū nō esset: vt ip̄e inops pauperib⁹ vestimenta largiret. Que die quadam horreū ingressa pene oē triticū q̄ sibi in expēdiū totius anni p̄parauit inuenit a filio suo pauperib⁹ erogatū. Cui⁹ semetip̄am a lapia pugnifq; tunderet q̄ quasi anni subsidia perdidisset: superuenit bo

# Liber primus. Fo. xiiij.

nificius puer dei: eamq; vobis quibus valuit solari cepit. Que cū nihil cōsolationis admitteret: hanc rogauit vt ab horreo exire debuisset: in quo ex oī eoz tritico parū qđ in uētū est remāssisset. Puer autē dei sese illic p̄tin<sup>9</sup> in oronem dedit. Qui post paululū egressus ab horreo matrē reduxit qđ ita tritico plenū iuētū est sicut plenū añ nō fuerat: vnde mater illi<sup>9</sup> toti<sup>9</sup> amissump<sup>9</sup> se gregasse gaudebat. Quo viso miraculo cōpūcta mater iā ipa cepit hortari vt daret qđ sic celeriter posset qđ petiisset accipere. Hec itaq; in hospitij sui vestibulo gallinas nutrire p̄sueuerat: s; eas ex vicio rure vulpes veniēs auferēbat. Quadā hō die dū i eodē vestibulo puer bonifaci<sup>9</sup> stare: vulpes ex more venit: gallinas abstulit. Ipe autē p̄cit<sup>9</sup> eccliaz intrauit: et se i oronē p̄sternēs aptis vocib<sup>9</sup> dixit. Placet tibi dñe vt de nutrimentis infis mee māducare nō possim: ecce ei gallinas quas nutrit vulpes comedit. Qui ab oratione surgens eccliam est egress<sup>9</sup>. Vxor autē vulpes rediit: gallinas quā ore tenebat dimisit: atq; ipsa motiēs ante eius oculos in terrā cecidit. Petrus.

Bonifacius adhuc puer oratione horreū tritico impleuit.

Bonifacius oratione vulpem necauit.

**Q**uāde mihi mirū videt qđ exaudire p̄ces in se sperāriū etiā in reb<sup>9</sup> vilibus dignatur deus. Gregorius.

**H**oc petre ex magna conditoris nostri dispensatione agitur: vt per minima qđ p̄cipimus: sperare maiora debeamus. Exauditus namq; est in rebus vilibus puer sanctus et simplex vt in paruis disceret qđtū de deo p̄sumere magnis petitionibus deberet. Petri<sup>9</sup>. Placet qđ dicis.

Cur deus in paruis rebus exaudiat p̄ces.

## Capit. x. De fortunato tu derre civitatis episcopo. Gregorius

**A**lius quoq; vir venerabilis i eisdē trib<sup>9</sup> fuit fortunat<sup>9</sup> noie: tudertie antistes ecclie: qđ in effugādis spiritib<sup>9</sup> imēse p̄tut<sup>9</sup> gsa pollebat ita vt nōnūq; ab obsessis corpib<sup>9</sup> lesiōes demonū pelleret: et p̄tinuo oronis studio itē i obiectas p̄tra se eoz multitudines suparet. hui<sup>9</sup> viri familiarissim<sup>9</sup> fuit iulian<sup>9</sup> nre ecclie d̄fesor: qđ añ nō lōgū tps i hac vrbē d̄fūct<sup>9</sup> ē. Cui<sup>9</sup> ego qđ hoc didici relatiōe qđ narro: qđ sepe gest<sup>9</sup> illi<sup>9</sup> vsu familiaritat<sup>9</sup> itererat: eiusq; post memoriā ad instructionē n̄raz quasi fani dulcedinē i ore retinebat

Fortunatus i eiciendis demonibus per potens.

## Dialogi beati Gregorij.

**M**atrona quãdã nobilis in vicinis partibus tuscie virũ habebat: quã intra breue tẽpus quo filiũ ei⁹ accepit cum eadẽ focru sua ad dedicationẽ oratorij beati sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte vero eadem qua subsequente die ad dedicationẽ p̃dicti oratorij fuerat p̃cessura voluptate carnis deuicta viro suo sese abstinere nõ potuit. Cũq; mane facto conscientia deterreret p̃petrata carnis delectatio p̃cessionẽ vero imperaret ṽerecũdia plus erubescẽs vultũ hominũ q̃ dei iudiciũ metuens cũ focru sua ad dedicationẽ oratorij p̃cessit. Mor vero vt reliqui beati sebastiani martyris oratoriũ ingressi sunt: eadẽ predictã matronã malignus sp̃s arripuit: et corã omni p̃plo verare cepit. Eiusdẽ vero oratorij p̃sbyter dum eam vehementissime verari cõspicer et: ex altari p̃tin⁹ iudonẽ tulit: eãq; operuit: sed et hunc simul repente dyabolus inuasit. Et q; vltra vires voluit quicq; p̃sumere: cõpulsus est et ipse cognoscere in sua veratiõẽ quãdã esset. hi vero qui aderãt puellã in manibus ex oratorio sublatã ad domũ p̃p̃riam repositauerũt. Cũq; hãc antiquus hostis veratiõẽ cõtinua vehementer attereret: p̃p̃rii sui eam carnaliter amantes: et amando p̃sequentes ad obtinendũ salutis remediũ maleficis tradiderũt: vt eius aliam funditus extinguerãt curã carni magicis artib⁹ ad tẽp⁹ p̃desse conarẽtur. Ducta est itaq; ad flumiũ atq; in aquã mersa ibiq; diutius incantationibus agere malefici moliebãtur vt is quẽ eã inuaserat dyabol⁹ exiret. S; miro oipotẽtis dei iudicio: dũ arte p̃uersa vn⁹ ab ea repellit: in eã subito legio intravit. Cepit ex hoc illa tot motib⁹ agitari tot vocib⁹ clamoribusq; p̃estrepere quot spiritibus tenebatur. Tunc inuito consilio parentes ei⁹ sue perfidie culpã fatentes hanc ad venerablẽ virũ fortunatũ ep̃m deduxerũt eiq; reliquerunt. Qua ille suscepta multis se diebus ac noctibus in orationẽ dedit tãtoq; animi su precib⁹ incubuit: quãto et in vno corpore contra se assiste re legõis acie iuenit. Quã post nõ mltos dies ita sanã atq; incolumẽ reddidit ac si i ea ius p̃p̃riũ dyabol⁹ nũq; hũisset.

**A**lio quoq; tpe idẽ vir oipotẽt⁹ dei famul⁹ ex obsessio quãdã hõie insidũ sp̃m excussit. Cui malign⁹ sp̃s cũ

Matrona ob  
carnis vitium.  
a diabolo cor  
repta.

Fortunatus  
matronam a  
legione demo  
num libetãt.

## Liber primus. Fo. xliij.

Vespascete iā die secretā ab oib<sup>9</sup> horā cerneret peregrinū  
quepiā esse simulās circuire cepit ciuitatis plateas ⁊ cla-  
mare. O viz. sanctū fortunatū ep̄m ecce qui d̄ fecit peregrī-  
nū hominē de hospitio suo expulit. Quero vbi requiescere  
debeam: et in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in  
hospitio cū vxore sua ⁊ paruulo filio ad prunas sedebat q̄  
vocē eius audiēs ⁊ quid ep̄s ei fecerit requirēs hunc inuita-  
uit. hospitio sedere secū iuxta prunas fecit. Cumq; vicissim  
aliqua cōfabularentur paruulū e ius filium idēz malignus  
spūs intrauit: atq; in easdem prunas proiecit ibiq; mox ei<sup>9</sup>  
animā exculsit. Qui orbatus miser vel quem ipse susceperit  
vel quē episcopus expulit agnouit. Petrus.

Diabolus  
sub forma pe-  
grini puerus  
extinxit.

**Q**uidnā hoc esse dicimus vt occidēdi ausum in ei<sup>9</sup> ho-  
spitio antiquus hostis acciperet qui hunc egrinū  
estimās ad se hospitalitatis gratia vocasset. Gregorius.

**M**ulta petre vidēt bona sed nō sunt qz bono animo nō  
sunt. Un ⁊ in euāg elio vitas dicit. Si oculus tu<sup>9</sup> ne-  
quā fuerit totū corp<sup>9</sup> tuū tenebrosū erit. Qz cum peruer-  
sa est intentio q̄ p̄cedit prauū est omne op<sup>9</sup> qd sequitur. Qz  
uis eē rectū videat. Ego nāq; hūc viz q̄ dū quasi hospitali-  
tatē exhiberet orbatus est nō pietatis ope delectatū estimo  
sed ep̄i derogatione: Nā pena subsequēs innotuit: qz p̄ce-  
dēs illa susceptio sine culpa nō fuit. Sūt nāq; nōnulli q̄ idcir-  
co bona facere student: vt gratiā aliene opationis obnubi-  
lent. Nec pascūt bono quod faciūt sed laude boni qua cete-  
ros p̄mūt. Qua de re existimo hūc viz qui malignū spiritū  
in hospitalitatē suscepit ostētationē boni potū intēdi sse qz  
operā vt meliora qz ep̄s fecisse videretur quatenus ipse su-  
sciperet eū quē vir dñi fortunatus expulisset. Petrus.

Nota.  
Mat. vi.

Nota.

Attende ve-  
rā sentētiā.

**I**ta est vt dictis. nā finis operis probat: qz munda in-  
tentio operationis non fuerit. Gregorius.

**A**lio quoq; tpe dū oculoꝝ quidā lumen amūisset: ad  
hūc deduct<sup>9</sup> intercessionis ei<sup>9</sup> opē petūt ⁊ i petrauit  
Nam cum vir dei orōne facta oculis ei<sup>9</sup> signū crucis impri-  
meret ab eo p̄tin<sup>9</sup> luce reddita. nox cecitatis abscessit. Pre-  
terea equ<sup>9</sup> cuiusdā militis in rabiē fuerat vsus: ita vt a mi-  
tis teneri viz potuisset: s; quoscūq; potuit iuuaderet: ⁊ eoz

Fortunatus  
ceco visum  
restituit.

## Dialogi beati Gregorij.

Fortunatus  
ligno crucis  
equum furio  
sum mansue  
tū reddidit.

membra morsibus dilaniaret. Tūc (vt cūq;) a multis ligatus  
ad vīrū dei deductus est. Qui mox eius capiti extēsa ma-  
nu signū crucis edidit: cūctam ei<sup>9</sup> rabie in mālietudinem  
mutauit: ita vt postea mitior existeret q̄ an illā insaniam  
fuisse. Tūc idē miles equū suū quē celeritate ex miracu-  
li imperio a sua vesania vidit immutatū: eidē sacro viro des-  
creuit offerendum. Quē cū suscipere ille rēneret: ipse p̄o  
in precibus ne despiceret eius oblatio perseueraret. sanct<sup>9</sup>  
vir mediā duarū partū viā tenēs ⁊ petitionē militis audie-  
uit ⁊ munus recipere p̄ exhibita virtute recusauit. pri<sup>9</sup> nā  
q̄ dignū precū p̄buit: ⁊ postea equū quē sibi offererebat ac-  
cepit. At ei si nō susciperet eū tristari cōspererat: charita-  
te cogēte emit q̄ necessariū nō habebat. Neq; hoc silere  
de huius viri virtutibus debeo: q̄ ante dies fere duodecim  
audiui. Quidā nāq; p̄ d me deduct<sup>9</sup> est senex pauper: atq;  
vt mihi senū collocutio esse semper amabilis solet studiose  
hunc vnde esset inquisiui. Quis esse de tudertina ciuitate  
respondit cui inq; Queso te pater: num fortunatū ep̄z nosti  
Qui ait. Noui ⁊ bene noui. Tūc ipse subiunxit. Dic ergo:  
si quā illius miracula nosti ⁊ desiderāti mihi qualis vir fue-  
rit innotesce. Qui ait. homo ille ab istis hoībus longe fuit  
quos videm<sup>9</sup> mō. Nā quicquid ab omnipotēti deo petūt: ita dū  
peteret impetrant: cui<sup>9</sup> hoc vnū narro miraculū: quod ad  
presens animo occurrit. Quadā nāq; die gothi iuxta tuder-  
tinam ciuitatē venerunt: q̄ ad partes rauēne p̄perabant: ⁊  
duos puulos puernulos de possessione abstulerant: que pos-  
sessio prefate tudertine ciuitati subiacēbat. hoc cū viro san-  
ctissimo fortunato nūciatum fuisset p̄tinus misit: atq; col-  
dem gothos ad se vocari fecit. Quos blādo sermone allo-  
quēs eorum prius studuit asperitatē placare: ac post inu-  
lit dicēs. Quale vultis precū dabo ⁊ pueros quos abstu-  
listis reddite mihiq; hoc gratie vestre mun<sup>9</sup> prebete. Tūc  
is qui prior eorū esse videbatur: respondit. dicens. Quicquid aliud  
precipis facere parati sumus: nam istos puerulos nullatenus  
reddemus. Cui venerandus vir blande minatus dicit.  
Cōtrista me ⁊ non audis patrem tuum noli me conerista-  
re nam nō expedit tibi. Sed idem gothus in cordis susce-  
ritate permanens negando discessit. Die p̄o altera digres-

furus rursus ad ep̄m venit: quem idem verbis p̄ predictis  
 puerulis iterum ep̄us rogauit. Cūq; ad reddēdū nullomō  
 consentire uoluisset contristatus ep̄us dixit. Scio quia timō  
 non expedit q̄ me contristato discedis. Que gothus uerba  
 despiciēs ad hospitū reuersus eosdem pueros de quibus  
 agebat equis superimpositos cū suis hoibus premisit. Ip̄-  
 se uero statim ascendens eq̄num subsecutus est. Cūq; in ea  
 dem ciuitate añ beati petri apostoli ecclesiā uenisset equi  
 eius pes lapsus est qui cū eo corruit ⁊ eius corā mox fracta  
 est ita ut in duab⁹ partibus esset diuisa leuatusq; in ma-  
 nibus reductus est ad hospitium. Qui festinus misit ⁊ pue-  
 ros quos premiserat reduxit ⁊ viro uenerabili fortunato  
 mandauit dicēs. Rogo te pater mitte ad me dyaconū tuū.  
 Cuius dyaconus dum ad iacentem uenisset pueros quos  
 reddituros se episcopo omnino negauerat ad medium de-  
 duxit: eosq; dyacono illi⁹ reddidit dicens. Uade ⁊ dic dño  
 meo ep̄o q̄ maledixisti mihi: ecce percussus sum: s; pueros  
 quos q̄sisti recipe ⁊ p me rogo intercede. Susceptis itaq;  
 puerulis dyaconus ad ep̄m reduxit. cui bñdictā aquā uene-  
 rabilis fortunatus dedit dicēs. Uade citius ⁊ eam supiacen-  
 tis corpus p̄ice. Perrexit itaq; dyaconus atq; ad gothum  
 introgressus: bñdictā aquā super membra illi⁹ aspersit.  
 Res mira ⁊ uehementer stupeuda mox ut aqua bñdicta  
 gothi corā cōtigat: ita hominis fractura solidata est: ⁊ salu-  
 ti pristine corā restituta. ut hora eadē de lecto surgeret: ⁊  
 ascenso equo ita cepit iter agere: ac si nullā vnq; lesionem  
 corpis ptulisset. Factūq; est ut qui sc̄to viro fortunato pue-  
 ros cū precio reddere obediētie subiect⁹ noluit eos sine p̄-  
 cio pene subactus donauit. his igit̄ expletis studebat ad-  
 huc sener de eo ⁊ alia narrare. Sed q̄ nōnulli aderant ad  
 quos exhortandos occupabar iāq; diei tardior hora incu-  
 buerat uenerabilis fortunati facta mihi audire non licuit q̄  
 audire (si liceat) semper uolo. S; die alia idem sener rem-  
 de illo magis mirabilem narrauit dicens. In eadē tuder-  
 tina urbe marcellinus quidam bone actionis uir cū duab⁹  
 fororibus suis habitabat qui eneniente molestia corporis  
 ip̄o sacrati iuno uesperascente iam sabbato paschali  
 defunctus est. Cuius corpus cum longius esset efferen-

Gothus corā  
 fracta; pue-  
 ros reddidit.

Fortunatus  
 aq̄ bñdicta  
 corā fractam  
 sanauit.

## Dialogi beati Gregorij.

dum: die eodem sepeliri non potuit. Cuius mora esset repositis ad explendum debitum sepulture: forozes eius morte eius afflicte occurrerunt flentes ad venerabile virum fortunatum eius magnis vocibus clamare ceperunt. Scimus quia apostolus vitam tenes. Leprosos mundas cecos illuminas. Veni et resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut cognouit eorum fratrem defunctum: flere et ipse etiam de morte eius cepit: eisque respondit dicens. Recedite et hec dicere nolite: quia iussio omnipotentis dei est: cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus tristis ex morte eius mansit episcopus. Subsequente autem die dominico ante exurgere locis crepusculum: vocatis duobus diaconibus suis perire ad domum defuncti: accedensque ad locum ubi corpus iacebat exanime: ibi se in orationem dedit. Expleta autem prece surrexit et iuxta corpus defuncti sedit: non autem grandi voce defunctum vocauit dicens, frater Marcelle. Ille autem ac si leuiter dormiens ad vicinam vocem quis modica fuisset citatus statim oculos aperuit: atque ad episcopum respiciens dixit. O quid fecisti: cui episcopus respondit dicens: quid feci: at ille ait. duo hesterno die venerunt qui me eiciens ex corpore in bonum locum duxerunt: hodie autem vnus missus est qui dixit. Reducite eum: quia fortunatus episcopus in domum eius venit. Quibus verbis expleta mor ex infirmitate conualuit: et in hac vita diutius mansit. Nec tamen credendum est: quia locum quem acciperat perdidit: quia dubium non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius viuere: qui ante mortem studuit omnipotenti deo placere. Sed cur multa de eius vita dicimus cum nunc vsque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus. Demoniacos qui ipse absoluit: eosque curare quotiens ex fide expeditur ut vnus consueuerat hoc indefinenter facere: et apud mortua sua ossa perferuerat. Sed libet petre adhuc ad valerie prouincie partes narrationis mee verba reducere. de quibus me ex iniua valde de miracula ex ore venerabilis fortunati (cuius non longe superius memoriam feci) contigit audisse qui crebro ad me nunc vsque veniens dum facta mihi veterum narrat: noua refectione me fatiat.

Fortunatus  
resuscitauit  
mortuum mar-  
cellinum.



# Liber primus. Fo. xvi.

## Capitulū. xi. De martirio

monacho prouincie valerie.

**Q**uidam nunc in eadē puincia martyri<sup>o</sup> noſte deuot<sup>o</sup> valde oipotētis dei famul<sup>o</sup> extitit: q̄ hoc de v̄turibus ſuis teſtimoniū ſignū dedit. Dū quadā die fratres ſilius panem ſubcineri- cium feciſſent: atq; obliſi eſſent crucis ſignum imponere ſi cut in hac puincia crudi panes ſigno ſignari ſolent: vt per quadras quattuor partiti videant̄ idem dei famulus aſſuit: eiſq; referētibus ſignatum nō fuiſſe cogno- uit. Cūq; iam panis ille prunis eſſet ⁊ cineribus coopertus dixit. Quare hunc minime ſignasti: Qui hoc dicens ſignū crucis digito contra prunas fecit. Quo ſignante prinus im- meſum crepitū panis dedit ac ſi ingēs in ignibus olla cre- uiſſet. Qui dū coct<sup>o</sup> poſtmodū fuiſſet ab igne ſubtractus: ea cruce ſignat<sup>o</sup> innēt<sup>o</sup> eſt: quē nō cōtact<sup>o</sup> ſed fides fecit.

Martyri<sup>o</sup> pa- nes in ſigno cruce fides gnauit.

## Capitulū. xij. De Seuero

preſbytero eiſdem prouincie.

**I**n eo etiam loco interocrina vallis dicit̄: que a multis verbo ruſtico interocrina noſt̄. In qua erat quidam vir vite venerabilis valde admira- bilis nomine ſeuerus: ecclie beate marie dei genitricis ⁊ ſemper virginis ſacerdos. Nūc cū quidam paterfamilias ad extremum veniſſet diem: miſſis cōcite nūcijs roganit vt ad ſe q̄ſtorius poſſet venire: ſuiſq; ofonibus p̄ pctis eius intercederet: vt acta de malis ſuis penitētia ſolutus culpa de corpore exiret. Qui videlicet ſa- cerdos inopinate cōſiguit vt ad putādā vineā eſſet occupa- tus: atq; ad ſe venientib<sup>o</sup> diceret. Nū cedite ergo ego vos ſubſeq̄r. Cūq; videret ſibi i eodē ope paz aliqd̄ ſupeē pau- lulū morā fecit: vt op<sup>o</sup> qđ minimū reſtabat expleret. Quo expleto cepit ad egrū p̄gere. Eūq; i itinene occurrētes h̄ q̄ pri<sup>o</sup> venerāt: obuiā facti ſūt dicētes. Pater q̄re tardaſti: Noli fatigari: q̄ iā defunct<sup>o</sup> eſt. Quo audito ille tremulū magiſq; vocib<sup>o</sup> ſe interfectore illi<sup>o</sup> clamare cepit. C. l.

De ſeuero p̄ſ bytero.

## Dialogi beati Gregorij.

Senerus las-  
chrymis sub-  
mortuum re-  
suscitauit.

itaq; peruenit ad corp<sup>9</sup> defuncti seq; corā lecto illi<sup>9</sup> cū lac-  
chrymis in terram dedit. Cūq; iam vehementer fleret. in  
terram caput tunderet: seq; reum mortis illius clamaret:  
repente is qui defunctus fuerat animā recepit. Quod cum  
multi qui circumstantiā aspicerent: admirationis uocibus  
emissis ceperunt amplius flere pte gaudio. Cūq; eū requi-  
rerent vbi fuerit vel quomodo redisset air. Petri valde  
ignis exibat quem tolerare non poteram. Cūq; per obs-  
cura loca me deducerent: subito pulchre uisionis inuentis  
cum alijs nobis euntibus obuiam factus est qui me trahen-  
ribus dixit. Reducite illū quia senerus presbyter plangit:  
eius enim lachrymis dñs cum donauit. Qui scilicet seue-  
rus protinus de terra surrexit: eiq; penitentiā agēti opem  
sue intercessionis prebuit. Et dum per dies septem de per-  
petratis culpis pñiam eger rediurus ageret octaua die  
letus de corpe exiuit. Perpēde petre queso hunc de quo lo-  
quimur senerum quem dilectum dominus attēdit quē con-  
tristari nec ad modicum pertulit. Petrus.

**A**dmiranda sunt valde que dicis: que inuenio nunc  
usq; latuisse. Sed qd esse dicim<sup>9</sup> q modo tales viri  
queunt inueniri? Gregorius.

**E**so petre multos tales in hoc seculo nec modo des-  
esse existimo: neq; enim si talia signa non faciunt:  
ideo tales non sunt. Uite nanq; vera estimatio in uirtute  
est operum non in ostensione signorum. Nam sunt pleriq;  
qui & si signa non faciunt: signa tamen facientibus dispas-  
res non sunt. Petrus.

**U**de mihi rogo hoc ostendi potest: q; sunt quidam  
qui signa non faciunt: & tamen signa facientibus dis-  
similes non sunt? Gregorius.

**N**iquidnam nescis quoniam paulus apostolus pes-  
tro apostolorum primo in principatus apostolico  
frater est? Petrus.

**S**cio plane nec dubiū est: q; & si minimus oim ap los  
plus tñ omnibus laborauit. Gregorius.

**Q**uod bene ipse reminisceris Petrus super mare pes-  
tribus ambulauit: paulus i mari naufragium prulit.

Nota.

## Liber secundus. Fo. xvij.

Et in vno eodēq; elemento vbi paulus tre cū nauī nō po: Capatio pe-  
tuit: ibi petrus pedibus iter fecit. Aperte igitur constat: qz hi 7 pauli az  
cum vtriusq; virtus fuerit dispar in miraculo vtriusq; tñ postolor.  
meritum dispar non est in celo.

**P**lacet fateor omnino quod dicit: ecce enim aperte  
nouit: quia vta 7 nō signa querenda sunt. S; qm ipsa  
signa que sunt bone vite testimonium ferunt: queso  
te adhuc si qua sunt referas: vt esurientem me per exēpla  
bonorum pascas.

Gregorius.

**U**ellem tibi in laudibus redemptoris de viri venera-  
bilis bñdicti miraculis alicua narrare: sed ad hec  
explenda hodiernū tēpus video nō posse sufficere. Liberi<sup>9</sup>  
itaq; hec loquimur si aliud exordium sumamus.

¶ Finit primus liber dialogorū beati Gregorij.

## Incipit liber secundus dia- logorum beati Gregorij de vi- ta 7 miraculis beati bñdicti.



Uit vir venerabilis Benedictus dei  
gratia 7 nomine ab ipso sue puericie  
tēpore cor gerens senile: eratē quippe  
moribus transiens: nulli voluptati anis-  
mum dedit: s; dū in hac terra adhuc  
esset quod temporaliter libere vti po-  
tuisset: desperit tam quasi aridum mū-  
dum cum flote. Qui liberiori genere  
ex prouincia miris exortus: romeli-

beralibus litterarum studijs traditus fuerat. Sed cum in  
eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret: cum quem  
quasi ingressum mundi posuerat retraxit pedem: ne si qd  
de scientia eius attingeret: ipse quoq; in immane precipi-  
tium totus irer. Despectis itaq; litterarum studijs: re-  
c.ij.

Benedicti vi-  
ta.

## Dialogi beati Gregorij.

**Cōstātinus.**  
**Valētianus.**  
**Simplicius.**  
**Honoratus.**

licto domo rebusq; p̄is soli deo placere desiderās: scē cō  
uersationis habitū quesiuit. Recessit igit̄ scienter nesciuo  
r sapienter indoctus. Hui⁹ ergo oīa gesta nō didici: s; pau  
ca que narro quattuor discipulis illi⁹ referētibus agnouit.  
Cōstātio scz reuerentissimo valde viro: q̄ ei in monasteri  
regimine successit. Valētiano quoq; q̄ annis multis latera  
nēsi monasterio p̄fuit. Simplicio q̄ cōgregationē illi⁹ post  
eum tertius rexit. honorato etiā qui nūc adhuc celle eius  
in qua prius cōuersatus fuerat: p̄est.

### Capitulum primū. De ca pisterij fracti reparatione.

**H**ic itaq; cū iam relictis s̄arū studijs petere de  
serta decreuisset: nutrix q̄ hūc arcti⁹ amabat  
sola secuta ē. Cūq; ad locū venisset q̄ dicit̄ en  
sidi: multisq; honestiorib⁹ viris p̄ charitate  
illuc detinētib⁹ in beati petri ecclesia de morare  
tur. Predicta nutrix illi⁹ ad purgādū triticū a vicinis mu  
lierib⁹ p̄stari sibi capisteriū petiit: q̄ sup̄ mēsa incaute de  
relictū: casu accidēte fractū est: sic vt duabus partib⁹ inue  
niret̄ diuisum. Qd̄ mox rediēs nutrix illi⁹ vt ita inuenit: ve  
hemētissime flere incepit: qz vas q̄ p̄stū accepit destru  
ctū videbat. B̄ndict⁹ aut̄ religiosus r pi⁹ puer cū nutrice  
suā flere cōspiceret: ei⁹ dolori cōpassus ablat̄ secū vtriusq;  
fracti capisterij partib⁹ sese cū lachrymis in orōne dedit: q̄  
ab ofone surgēs ita intra se vas sanū reperit: vt in eo inue  
niri fracture nulla vestigia potuissent. Vxorq; nutrice suā  
blāde cōsolatus ei sanū capisteriū reddidit: q̄ fractū tunc  
rat. Que res in eodē loco a cunctis est agnita: atq; in tāta  
admiratione habita: vt hoc ipm capisteriū ei⁹ loci i nicole  
eccleie ingressu suspenderent: quaten⁹ p̄ntes r secuturi oēs  
agnoscerent: a q̄sta benedictus puer cōuersationis ḡsa p̄  
fectionē cepisset: quod annis multis illic ante olum oculorū  
fuit r vsq; ad hec s̄ogobardoz t̄pa sup̄ fores ecclesie pep̄  
dit. Sed benedictus plus appetēs mala mundi perpeti q̄  
laudes pro deo laboribus fatigari q̄ vite huius fauore ex  
tollī: nutricem suam occulte fugiens. deserti loci secessum

**B̄ndict⁹ capi  
sterij orōne  
refecit.**

# Liber primus. Fo. xviii.

petijt: cui sublacus vocabulū est q̄ a romana vrbē quadra  
sinta fere miliarib⁹ distās frigidās atq; p̄spicias emanat  
aquas. Que illic vcz aquarū abundantia in extenso prius  
loco colligitur: ad extremū vero in anueniē deriuatur. Quo  
dum fugiens pgeret monach⁹ quidā Romanus noīe hunc  
cūte repperit: quo tenderet requiſiuit. Cui⁹ cū deſideriū  
cognouiſſet: ⁊ ſecrety tenuit: ⁊ a diutorium impendit: etq;  
ſancte querſationis habitū tradidit: ⁊ inquantū licuit mini-  
ſtrauit. Vir autē dei ad eundem locū pueniens in arctiſſimā  
ſpecu uſe tradidit: et tribus annis excepto romano mona-  
cho omnib⁹ ibi incognitus manſit: qui vcz romanus non  
longe i monaſterio ſub Theodaci patris regula degebat.  
Sed pie euſdē patris ſui oculis ſurabat horas: ⁊ quem ſibi  
ad manducandū ſurripere poterat: diebus ceteris benedi-  
cto panē ferebat. Ad eadē vero ſpecū a Romani cella ſter-  
nō erat: quia excelsa deſuper rupis eminebat: ſed ex eadē  
rupe in longiſſimo fune ligatam romanus deponere panē  
coſueuerat: in qua etiā reſti parū tintinabulū inſerunt: vt  
ad eius ſonum cognosceret qn̄ ſibi romanus panē preberet  
quem erigens acciperet. Sed antiquus hoſtis vnus chari-  
tati inuidens: alterius refectioni cum quadam die ſubmit-  
ti panem conſpiceret: iacrauit lapidem: ⁊ tintinabulum fre-  
guit. Romanus tamen modis congruentibus miniſtrare nō  
deſit. Cū vero ſā deus oſp̄ ⁊ romanū vellet a labore que-  
ſcere: ⁊ benedicti vitā in exemplū hominibus demōſtrare:  
vt poſita ſupra candelabrum lucerna clareſceret: quaten⁹  
omnib⁹ qui in domo dei ſunt luceret: cui dā preſbytero lō-  
gius manenti qui refectionē ſibi in paſchali feſtiuitate pa-  
rauerat: p̄ viſum dñs apparere dignatus eſt dicens. Tu ti-  
bi delicias preparas ⁊ ſeruus meus illo in loco fame crucia-  
tur. Qui protinus ſurrexit: atq; in ipſa ſolemnitate paſcha-  
li cum alimētis que ſibi parauerat ad locum tetendit: et  
virum dei per abrupta montium: per concanapallium: per  
deſoſſa terrarum que ſiuit: eumq; latere in ſpecu repperit.  
Cumq; oratione facta: et benedictentes dominum omni-  
potētem conſeſſerunt: poſt dulcia vite colloquia is qui adue-  
nerat preſbiter dixit. Surge ſumamus cibum: quia hodie  
paſcha eſt. Cui vir dei reſpondit dicens. Scio quia paſcha  
c. iij.

Romanus  
monachus

Specus be-  
nedicti.

Dyabolus  
tintinabulum  
romani fre-  
git.

De⁹ ad p̄sbi-  
terū quendā  
ostendit ro-  
manum.

## Dialogi beati Gregorij.

Benedictus  
diem pascha  
le ignorabat.

est: quia hodie videre te merui: longe quippe ab hominibus positus: quia die eodem quae paschalis solennitas esset ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit dicens: Ueraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est: abstinere tibi minime congruit: quia et ego ad hoc missus sum ut oponentis dona dei pariter sumam. Induceres igitur dominum sumpserunt cibum. Expleta itaque refectione et colloquio ad ecclesiam suam presbyter secessit. Eodem quoque tempore hic in specu latitante etiam pastores inuenerunt: quem dum vestitum pellibus inter fruteta cernerent: aliquam bestiam esse crediderunt: sed cognoscentes dei famulum eorum multi ad pietatis gratiam bestiam in mente mutati sunt: nomen itaque eius per vicina loca innotuit cunctis. factusque est ut ex illo iam tempore a multis frequentari cepisset: qui cum ei cibum afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vite.

### Capitulum. ij. De tentatione carnis superata.

Carnis tentatio asperius in medio superata.

**Q**uadā vero die dum solus esset: tentator affuit. Nam nigra paruaque avis quae vulgo merula nominatur: circa eius faciem volitare cepit: eiusque vultu importune insistere: ita ut in manu capi posset si hanc vir sanctus tener e voluisset: sed signo crucis edito recessit avis. Tanta autem carnis tentatio aue eadem recedente secuta est: quam tamen vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandā namque aliquam feminam viderat quam uel des animi in specie illius accendit: ut dum in eius pectore amoris flamma uim caperet: etiam pene deserere heremum uoluptate victus deliberaret. Tunc subito supra se respectu ad semetipsum reuersus est: atque uiticarum uerpilum iuxta deserta succrescere fruteta conspiciens: exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis: et viticarum incendiis percit: ubique dum uolutatus toto ex eius corpore vulneratus exiit: et per cutis vulnera eduxit a corpore uulnus mentis: quia uoluptatem traxit in dolorem. Cumque pene penaliter foris arderet: extinguit quod intus illicitate ardebat: uicit itaque peccatum: quia multauit licendum. Ex quo uidelicet tempore sicut post discipulum

Nota.

## Liber secundus. Fo. xix.

His ipse perhibebat: ita in eo est tentatio voluptatis edomita: ut tale aliquod in iuuine sentiret. Ceperunt post modum multi iam mundū relinquere: atq; ad ei<sup>9</sup> magisteriū festinare. Liber quippe a tētationis vitio: vero iure iā factus est virtutum magister. Unde in exodo / 7 p moysen precipitur: vt leuite s. xxv. annis et supra ministrare debeant: ab anno vero quinquagesimo custodes vasoz fiant. Petrus

**I**am quidem prolati testimoniū mihi aliquantū intellect<sup>9</sup> interlucet: sed tamē hoc plam<sup>9</sup> exponi postulo. Gregorius.

**I**quet petre q; i iuuetute carnis tētatio feruent: ab anno aut quāgesimo calor corpis frigeat: vasa autē sacra sūt fidelium mētes. Electi g; cū adhuc i tētatiōe sunt subesse eos ac seruire necesse ē: 7 obsequijs laboribusq; fastigari. Cū hō iā mētis etate trāquilla: calor recesserit tētatiōis custodes vasoz sunt: q; doctores aliaz sūt. Petrus

**H**ateor placet quod dicit: sed quis prolati testimoniū clausa reserasti: queso vt de vita iusti debeas ea que sunt inchoata percurrere.

### Capitulū. iij. de vitro fracto per signum crucis.

Gregorius.

**B**ecedēte igit tētatione vir dei quasi spinis eructis exculta terra fructū segete feraci<sup>9</sup> fructus dedit: preconio itaq; eximie quersatiōis celestis nomine eius habebat. Nō lōge aut monasteriū fuit: cui<sup>9</sup> gregatiōis pater defunctus est: oisq; ex illo gregatio ad eundē venerabilē Bndictū venit: 7 magnis precib<sup>9</sup> vt eis pesse deberet: petūt. Qui diu negādo distulit suis illorūq; fratrum morib<sup>9</sup> se cōuenire nō posse predixit: sed victus quādoq; precibus assensus dedit. Cū in eodem monasterio regularis vite custodiam teneret: nulliq; vt prius per actus illicitos in dexteram: leuaret partem deflectere a conuersationis itinere liceret: susceperunt: quia hunc sibi preesse poposcerant: quorum scilicet fortitudo in norma eius rectitudinis offendeat. Cūq;

Benedictus  
abbas effe-  
ctus.

c. liij.

## Dialogi beati Gregorij.

Bñdictus vi-  
rum venena-  
tis signo cru-  
cis fregit.

Bñdictus re-  
licta abbacia  
solitudinem  
repetijt

sibi sub eo conspicerent illicita nō licere: et se doleret vñta-  
ta relinquere: durumq; esset q; in menteyeteri cogebantur  
uona meditari. Et q; grauis est semp; prauis moribus vita  
bonor; tractare: de ei⁹ morte aliq; conari sunt q; inuito pñlio  
venenū vino insuauerūt. Et cū vas vitreū in quo ille pesti-  
fer pons habebat: recūbēte p̄re ex more monasterij ad bñ-  
dice dū fuisset allatū: extēsa manu. Bñdictus: signū crucis  
edidit: et vas q̄b longi⁹ tenebat eodē signo rupit: sicq; p̄fra-  
ctū est ac si in illo vase mortis) p; cruce lapidē dedisset. In-  
tellerit p̄tin⁹ vir dei q; potū mortis habuerat: q̄b portare  
nō potuit signū vite atq; ilico surgēs mēte trāquilla cōu-  
catis fratrib⁹ allocutus est eos dicens. Misereat vñ fratres  
op̄s deus: quare in me facere ista voluistis? Nūq̄d nō p̄-  
dixi vobis: q; vñs ac meis morib⁹ minime pueniret: Ite: et  
iuxta vestros motes: patrē vobis q̄rite: q; posthac me h̄re  
minime potestis. Tūc; ad locū dilecte solitudinis redijt: et  
sol⁹ in supni spectatoris oclis habitauit secū. Petrus.  
Min⁹ patēter itelligo: q̄dnā sic habitauit secū. Grego.

**S**anctus vir cōtra se vnanimiter cōspirantes: su eq̄  
cōuersationi: longe dissimiles: coactus diu sub se te-  
nere voluisset: fortasse sui vigoris vsū et modū tranquilita-  
tis absunderet: atq; a cōtemplationis lumie sue mētis ocu-  
lum declinasset. Dumq; quotidie illorum correptione fati-  
gatus minus curat sua: et se forsitan relinqueret: et illos  
non laeueret. Nam quotiens per cogitationis motum ni-  
mum extra nos ducimur: et nos sumus et nobiscum non su-  
mus: q; nosmetip̄os inuoluntate videntes per alia vagamur:  
an illum secum fuisse dicimus qui in longā regionē abijt:  
portionem quā acceperat cōsumpsit: vni in ea ciuium adhe-  
sit: portos pauit: quos cum manducare videret siliquas et  
esuriret: tamen cum post modum cepit cogitare que perdi-  
dit: (scriptum de illo est) in se reuersus dixit. Quanti merce-  
narij in domo patris mei abundant panibus: Sic igitur se  
cum fuit: vnde ad se redijt: hunc ergo venerabilem virum  
secū habitasse dixerim: quis in sua semper custodia circum-  
spectus ante oculos conditoris semper aspiciens: se semp;  
examinans: extra se mentis sue oculum non diuulgauit.

Luce, xv.



# Liber primus. Fo. xx.

Petrus.

**Q**uid ergo quod de apostolo petro scriptū est dū de carcere ab angelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit. Nunc scio vere: quia misit dominus angelū suū: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum.

Gregorius.

**D**ubius modis petre extra nos ducimur: qui aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recedim⁹: aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos leuamur. Ille itaq; qui porcos pauit: vagatione mētis et immūdicie sub semetipsum cecidit. Ille vero quem angel⁹ soluit eius mentem in extasi rapuit: extra se quidē: sed super semetipsum fuit: vterq; ergo ad se redit: qñ et ille ab errore opis se collegit ad cor: et iste a cōtēplationis culmine ad hoc redijt quod in intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur. Benedictus nulla solitudine habitabat secum in quantum se intra cogitationis claustra custodiuit: nam quotiens cūq; hunc contemplationis ardor in altum rapuit: se proculdu bio sub se reliquit.

Petrus.

**L**acet quod dicis: sed queso respondeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit

Gregorius

**A**t ego petre exūstino ibi adunati equanimiter potandi sunt mali vbi inueniuntur aliqui qui adiuuētur boni. Nam vbi omnimodo de bonus fruct⁹ deest: fit aliquādo de malis labor vacuus: maxime si e vicino cause suppetat: que fructu deo ferre valeat meliorē. Vir itaq; sanctus propter quem custodiendum staret: qui omnes vnanimiter se persequētes cerneret. Et sepe agitur in animo perfecto rum (quod silentio pretereundum non est) vt cum laborem suum sine fructu esse considerent: in locum alium ad laborem cum fructu migrent. Unde ille quoq; egregius predicator qui dissolui cupit: et cum christo esse: cui viuere christus est: et mori lucrum: qui passionum certamina non solum ipse appetit: sed ad toleranda hec et alios accendit. Damsasi persecutionem passus: vt posset euadere murum: suum nem sportamq; quesiuit: seq; latenter deponi voluit. Num quid non paulum mortem dicimus timuisse: quā seipse pro

Act. xij.

Dubio modo  
dis extra  
nos ducimur

Benedictus  
an susceptum  
monasterium  
relinquere  
debit.

Pauli fuga.

## Dialogi beati Gregorij.

amore Iesu testatur appetere? Sed cū in eodē loco minorē sibi fructum adesse conspiceret: et graui labore ad laborē se assibi cum fructu seruauit. Fortis etenim preliator dei teneri intra claustra noluit: certaminis cāpum quesuit. Unde idē quoq; venerabilis Benedictus si libenter audis citius agnoscis: quia nō tantos ipse indociles deseruit: quātos in locis alijs a morte anime suscitauit. Petrus.

Nota.

**I**Ta est vt doces: et manifesta ratio prolatum congruū testimonium declarat. Sed queso vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas. Gregorius.

**Q**Uam sanctus vir diu in eadem solitudine habitibus / signisq; succresceret: multi ab eo in eodē loco ad omnia xij. monasteria construxit

monasteria construxit

strueret: in quib; statutis patribus duodenos monachos deputauit: paucos ho secū retinuit: quos adhuc in sua presentia ab eis erudire iudicauit. Cepere etiam tunc ad eius romane urbis nobiles et religiosi concurrere: suosq; ei filios omnipotentī deo nutriendos dare. Tunc quoq; bone spei suas soboles. Entirium / Maurum. Tertullius vero patris eius. Placidum tradidit: e quibus Maurus iunior cum bonis polleret moribus magistri adiutor cepit existere. Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

Maurus et Placidus, discipuli fuerunt benedicti.

### Capitulum. iiii. de castigatione monachi vagi.

**I**N vno autem ex eis monasterijs que circūquaq; construxerat quidam monachus erat: qui ad orationem stare non poterat: sed mox vt se fratres ad studium orationis inclinabant ipse se egrediebatur foras: et mente vaga terrena aliqua et transitoria gerebat. Cumq; ab abbate suo sepius fuisset admonitus: ad virum dei ductus est: qui ipse quoq; stulticiam eius vehementer increpauit: et ad monasterium reuersus vix duobus diebus viri dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad vsum propriū reuersus vagari tēpore orationis cepit. Quod cū seruo dei ab eodē monasterij patre

## Liber secundus. Fo. xxi.

quē cōstituerat nūciatū fuisset: dixit. Ego venio: eūq; per  
memetipsum emēdo. Cūq; vir dei venisset ad monasteriū:  
et constituta hora expleta psalmodia sese fratres in oratione  
dedissent: aspexit q; eūdem monachū q; in orone manere nō  
potuit: q; dā niger puerul<sup>9</sup> p vestunēti sūmbriā foras trahē-  
ret. Tūc eidē patri monasterij Pōpegiano noie et mauro  
dei famulo secreta dixit. Nunquid nō aspicitis quis est qui  
istū monachū foras trahit? Qui respondētes dixerūt: non.  
Quib<sup>9</sup> ait. Orem<sup>9</sup> vt vos etiā videatis quē iste monachus  
sequit. Cūq; p biduū esset oratū: Maur<sup>9</sup> monachus vidit  
Pōpogianus vero eiusdem monasterij pater videre nō po-  
tuit. Die igitur alia expleta oratiōe vir dei oratoriū egres-  
sus: stantem foris monachū repperit: quē pro cecitate cor-  
dis sui virga percussit: qui ex illo die nil persuasionis vltē-  
rius a nigro iam puerulo pertulit: sed ad orationis studiū  
imobilis p̄māsit: sicq; antiquus hostis dñari non ausus est  
in eius cogitatione ac si ipse percussus fuisset ex verberē.

Pōpegian<sup>9</sup>  
abbas.

Benedictus  
virgis mona-  
chum yagum  
castigauit.

### Capitulum. v. de fonte in

vertice montis dei viri oratione producto.

**A** his autē monasterijs que in eodem loco cō-  
struxerat: tria sursum in rupibus montis erāt.  
et valde erat fratribus laboriosum q; semper  
ad lacum oportebat descēdere vt aquam hau-  
rire debuissent: maxime quia e diuero montis  
latere erat graue descendētib; in timore periculū. Tūc  
collecti fratres ex eisdē tribus monasterijs ad dei famu-  
lum Benedictum venerūt dicētes. Laboriosum nobis est  
propter aquam quotidie vsq; ad lacū descendere: et idcirco  
necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blāde  
solatus dimisit: et nocte eadez cum paruo puerulo nomi-  
ne placido (cuius superius memoriam feci) eiusdem mon-  
tis rupem ascendit: ibiq; diutius orauit. Et oratione cōple-  
ta tres petras i loco eodē p signo posuit: atq; ad suū (cum  
ctis illis nescientibus) monasterium rediit. Cumq; die alia  
ad eum pro necessitate aque predicti fratres redissent di-  
xit. Ite et rupem illam in qua tres superinūscem positas pe-  
tras inueneritis in modicū cauate. valet enim omnipotēs

fontis benedi-  
cti oratione  
factus.

## Dialogi beati Gregorij.

de<sup>o</sup> etiā in illo cacumine mōtis aquā pducere v<sup>t</sup> vobis las-  
boiē tanti itineris dignē auferre. Qui euntes rupē mōtis  
quā Bñdictus p̄dixerat: iam sudantē inuenerūt. Cumq;  
in ea concauū locū fecissent: statim aqua replet<sup>9</sup> est q̄ tam  
sufficenter emanauit: vt nūc vsq; vbertim defluat: atq; ab  
illo montis cacumine: vsq; ad inferiora deriuetur.

### Capitulum. vi. De reiu- ctione ferri cum manubrio.

**A**lio quoq; tpe gothus quidā pauper spū ad  
cōuersionē venit: quē vir dei bñdict<sup>9</sup> libēriti  
me suscepit. Quadā hō die ei dare ferramē-  
tū iussit: qđ ad falsē similitudinē falcastrū vocat<sup>9</sup>  
vt de loco quodā vepres absunderet: quare  
gothus suscepit: sup ipam laci ripā iacebat. Cūq; gothus  
idē densitatē vepriū toti<sup>9</sup> hūitis ānīsu succideret: ferrū de  
manubrio p̄siles in lacū cecidit: vbitāta erat aqua. p̄fun-  
ditas vt spes req̄rēdi ferramenti nulla iam esset. Itaq; fer-  
ro p̄dito tremebūdus ad maurū monachū cucurrit goth<sup>9</sup>  
dānū qđ fecerat nūcīauit: & reat<sup>9</sup> sui egit penitētiā. Quod  
maurus qđ monach<sup>9</sup> mox bñdicto famulo dei curauit indi-  
care. Vir igit<sup>9</sup> dei bñdict<sup>9</sup> hec audiēs accessit ad lacū tūc  
de manu gothi manubriū: & misit in lacum: & mox ferrū de  
p̄fundo rediit: atq; in manubriū intrauit. Qui statim ferra-  
mentū gotho reddidit dicēs. Ecce labora: & noli cōristari.

Bñdict<sup>9</sup> fal-  
castrū ferrum  
ad manubriū  
reiuñxit.

### Capitulum. vii. De ambu- latione Mauri super aquam.

**Q**uadā hō die dū edē venerabilis bñdict<sup>9</sup> in  
cella cōsisteret p̄dicit<sup>9</sup> placidus puer sancti  
viri monach<sup>9</sup> ad hauriendū de lacu aquam  
egressus est: qđ vas qđ tenuerat i aquā incaute  
submittes ipse qđ cadēdo secut<sup>9</sup> est. Quē mox  
vnda rapuit: & pene ad vni<sup>9</sup> sagitte cursu es a terra intro:  
sus traxit. Vir autē dei itra cellā posit<sup>9</sup> hoc p̄tin<sup>9</sup> agnouit: &  
Maurū festine vocauit: dicēs. Jfr maure curre: qđ puer ille

## Liber primus. Fo. xxij.

q̄ ad hauriēdā aquā perreerat in lacu cecidit lac̄q̄ eū lon-  
gius vnda trahit. Res mira ⁊ post petrū apostolū iustitata. B̄ndictiōe etem postulata atq̄ p̄cepta ad p̄ris sui imperiū  
cōcīt⁹ p̄rexit maurus itaq̄ ad eū locū quo ab vnda dedus-  
cebat puer p̄ terrā se ire existimāe sup aquā cucurrit eūq̄  
p̄ capillos tenēs cursu rapido redijt. Qui mor vt terrā te-  
r̄git: ad se reuersus post tergū resperit. Et q̄ sup aquas  
cucurrisset agnoui: q̄b̄ presumere nō potuit v̄ficeret mi-  
ratus extenuit factū. Reuersus itaq̄ ad patrē rē gestam  
renlit. Vir aut̄ venerabilis b̄ndict⁹ hoc nō suis meritis: s̄  
illī obediētīe deputare cepit. At ecōtra Maur⁹ p̄ solo ei⁹  
imperio factū dicebat seq̄ cōsciū in illa h̄tute nō esse quā  
nesci⁹ fecisset. In hac itaq̄ mutua humilitatis ⁊ amica cōte-  
ntiōe accessit arbiter puer q̄ erept⁹ est q̄ ⁊ dicebat. Ego cū  
ex aqua traheret sup caput meū melorē abbas videbā:  
atq̄ ip̄m me ex aquis educere cōsiderabā. Petrus.

Maurus sup  
aquā currens  
puer⁹ eripuit

+

Magna sūt valde q̄ narras: ⁊ multorū edificatiōi p̄fue-  
tura: ego aut̄ boni viri mirac̄la q̄ pl⁹ bibo eo pl⁹ sitio

### Capit. viij. De infecto p̄ ve- nenū pane per coruum longius proiecto. Gregorius.

Am iam loca eadem in amorē dei dñi nr̄i iesu  
xpi lōge lateq̄ feruescerēt ⁊ secularē vitā mul-  
ti reliquerēt ⁊ sub leui redēptoris iugo cernicē  
cordis edomarēt: sicut mor p̄auoz est inuide-  
re alijs h̄tutis bonū q̄b̄ ipsi habere nō apētūt.

Vicine ecclesie p̄b̄ florentius noie hui⁹ nostri subdyaco-  
ni florenti⁹ auis: antiqui hostis malicia p̄cussus sancti vis-  
ri studijs cepit emulari eiusq̄ cōuersatiōi derogare quosq̄  
etiam posset ab illī vilitate cōpescere. Cūq̄ iam se con-  
spiceret ei⁹ p̄fectibus obuiare nō posse ⁊ cōuersationis il-  
lius opinionē crescere atq̄ multos ad statū vite melioris  
ip̄o quoq̄ opinionis ei⁹ p̄conio indefinenter vacare: inui-  
die facib⁹ magis magisq̄ succensus deterior fiebat: qz con-  
uersationis illius appetebat habere laudem sed habere  
laudabilem vitam nolebat. Qui eiusdem inuidie tenebris  
cecarus ad hoc vsq̄ perductus est vt seruo om̄ipotētis dei

Nota.

florenti⁹ b̄ns  
dicti suorūq̄  
emulus.

## Dialogi beati Gregorij.

infectū veneno panē quasi p̄ b̄ndictione trāsmitteret. Quē  
vir dei cū gratiarū actione suscepit: sed eū que pestis late-  
ret: in pane nō latuit. Ad horā vero refectiōis illius ex vic-  
na silua cornus venire cōsueuerat: et panē de manu ei⁹ acci-  
pere. Qui cū more solito venisset: panē quē presbyter trāsmi-  
serat vir dei ante cornū proiecit ei⁹ p̄cepit dicens. In no-  
mine iesu xpi dñi nostri tolle hunc panem: et tali eū in loco  
p̄ice. vbi a nullo hoim possit inueniri. Tunc cornus aper-  
to ore: expansis alis circa eūdē panē cepit discurrere: cro-  
citare: ac si aperte diceret et obedire se velle: et tñ iussa im-  
plere nō posse. Cui vir dñi precipiebat iterū atq; iterū dū-  
cēs. Leua! leua secur⁹: atq; ibi p̄ice vbi inueniri nō possit  
quē diu corn⁹ demorat⁹: quādoq; cornus momordit: leua  
uit et recessit. Post tridū hō horarū spacio abiecto pane  
redūt: et de manu hois dei annonā quā cōsueuerat accepit.  
Venerabilis autē pater p̄tra vitā suā inardescere sacerdoti-  
tis aim vidēs illi magisq; sibi doluit. Sed p̄dic⁹ florenti⁹  
q; magistri corp⁹ necare nō potuit: se ad extinguēdas di-  
scipulorū aias accēdit itaq; in horto celle cui b̄ndict⁹ inerat  
an̄ eorū oculos nudas septē puellas mitteret: q̄ corā eis lis  
b̄iunūc man⁹ tenētes et diuī⁹ ludētes: illoz mētes ad per-  
uersitatē libidinis inflāmarēt. Quod vir sc̄tus de cella con-  
spiciēs: lapsusq; adhuc teneriorib⁹ discipulis p̄imescēs:  
idq; pro sua solius persecutione fieri p̄tractans: inuidie loco-  
cum dedit: atq; oratoria et cuncta que construxerat substi-  
tutis p̄positis: ad iunctis fratrib⁹ ordinauit: et paucis secum  
monachis ablatis habitationē mutauit loci. Sicq; vir dei  
eius odia humiliter declinauit: quē ops deus terribiliter  
percussit. Nā cū p̄dic⁹ presbyter sc̄as in solario b̄ndictum  
discessisse cognosceret et exultaret: perdurāte immobiliter  
tota dom⁹ fabrica hocipm tantū in quo stabat solarium ce-  
cidit et b̄ndicti hostem conterens extinxit. Quō viri dei di-  
scipulus maur⁹ venerabilis p̄ b̄ndicto qui adhuc a loco eo-  
coris deus ab eterno verberere flagellando protegit: eius dispensationis sue maximam seueritatem seruauit: gratiam quam tunc cum prius flagellando diligeret: postmodum perfecte sanando monstrauit. Eius namque oculos p. xl. annorum spacium continue cecitatis tenebris pressit: nullum et lumen vel externe visionis aperiens. Sed quia nemo in habere illius gratia destitute substituit: et nisi idem misericors pater qui penam irrogat patientiam prestat: mor per impatientiam peccatorum nobis ipsa auget correptionem peccatorum. fitque modo miserabili ut culpa nostra unde scire debuit terminum: inde sumat augmentum. Idcirco nostra deus infirma conspiciens flagellis suis custodiam permiscet: atque in percussione sua electis filiis nunc misericorditer iustus est: ut sint quibus postea de beatitudine miserere. Unde venerabile senem duos exterioribus tenebris premeret: iterna nunquam luce destituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis: habebat per sancti spiritus custodiam consolationem cordis. Cum vero iam anni quadraginti fuisset in cecitate tempus expletum: ei dominus lumen reddidit: et vicinum suum obitum denunciavit: atque ut monasterium circumquaque constructis verbum vite predicaret admonuit: quatenus corporis recepto lumine: uisitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circumiit: mandata vite que agendo didicerat predicauit. Quintodecimo igitur die ad monasterium suum peracta predicatione reuersus est: ibique fratribus conuocatus astans in medio sacramentum dominici corporis et sanguis suscepit: moxque cum eis mysticos psalmorum cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius colubam uiderunt que mox apertore oratorij egressa aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius ius idcirco animam in colube specie apparuisse credendum est: ut opus deus ex hac ipsa specie ostenderet quod simplici corde ei uir ille fuisset.

Nota.

Spei abbas  
cecus .xl. annis  
nisi curatus est.

Spei ala uel  
sa in specie colu-  
mbe.

## C. Capi. xi. De egressu

anime uisum presbyteri.  
Ed neque hoc sileam quod uir uenerabilis abbas  
stephanus qui non longe ante hoc in hac urbe  
defunctus est (autem ipse etiam bene nostri) in eadem pre-

## Liber quartus. Fo. lxx

uincta nuptie contingisse referebat. Habebat enim q̄ illic p̄s-  
byter quidam commissam sibi cum magno timore domi-  
ni regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acce-  
pte presbyteram suam vt fororem diligens: sed quasi ho-  
stem cauens ad se propius accedere nunq̄ sinebat: eam  
q̄ sibi inuicem propinquare nulla occasione permittens: ab ea  
sibi communionem funditus familiaritatis absiderat.

Habent quippe sancti viri hoc proprium: nam vt semper Nota.  
ab illicitis longe sint a se plerumq̄ etiam licita abscondunt  
Unde idem vir ne vnq̄ per eam incurreret culpam sibi eti-  
am per illam monstrari recusabat necessaria. hic ergo ve-  
nerabilis presbyter cum longam vite impleisset etatem an-  
no. xl. ordinationis sue inardescēte granit̄ febre correptus  
ad extrema deductus est. Sed cum eum presbytera sua cō-  
piceret solutus iam membris quasi in mortem distensum:  
sic q̄ adhuc ei vstale spiramen adesset: naribus eius appo-  
sita curauit aure dignoscere. Quod ille sentiens cui tenuis-  
simum inerat flatus: q̄stulo iussu valuit vt loqui i potuisset  
inferuescente spiritu collegit vocem atq̄ erupit dicens.

Recede a me mulier: adhuc igniculus viuūt: paleam tolle.

Illa igitur recedente crescente virtute corporis cum magna  
cepit leticia clamare dicens. Bene veniant domini mei:  
bene veniant domini mei quid ad tantillum seruulum ve-  
strum estis dignati uenire? Venio/venio/gratias ago/gratias  
ago: Cuiq̄ hoc iterata crebro voce repeteret quibus  
hoc diceret/noti sui qui illū circūsteterant req̄rebant. Quis  
bus ille admirando r̄ndit dicens. Nunquid hic conuenisse  
sanctos ap̄los nō videtis: beatū petrū et pauū p̄mos apo-  
stolorū nō aspicietis. Ad q̄s iterū quers⁹ dicebat. Ecce venio  
ecce venio: atq̄ inter hec verba aiā reddidit. Et quia ve-  
raciter sanctos ap̄los videret: eos etiam sequēdo testat⁹ est  
Qd̄ plerūq̄ cōtingit iustis vt in morte sua sc̄orū p̄cedētium  
v̄siones aspiciant: ne ipsam mortis sue penalē s̄ntam p̄time-  
sc̄at: sed dū eorū mēti interiorū cuiū societas ostēdit: a car-  
nis sue copula sine doloris et formidis fatigatione soluant̄.

Ursin⁹ apo-  
stolos vidit.

**Capitulum. xij. De aia pro-**  
bi reat in vrbis episcopi.

## Dialogi beati Gregorij

**Q**uis de re neq; hoc sileā q; prob<sup>9</sup> oipotēt; dei famulus: qui nunc in hac vrbē monestario p̄sto ē quod appellatur reatū de p̄bo patruo suo reatine ciuitatis e p̄o mihi narrare consueuit dicēs. Q; p̄pinquāte vite eius termino est grauissima depresso egritudo. Cuius pater noie maximus pueris circūquaq; transmissis colligere medicus studuit si fortasse eius molestie subuentre potuisset. Sed congregati ex vicinis locis vndiq; medici ad tactū vene denunciauerunt eius exiā; citius affutur. Sed cum iam tempus refectionis incūberet atq; diei hora tardior excreuisset: venerāndus ep̄s de illorū potius q̄ de sua salute sollicitus: eos qui aderant admonuit cum sene patre i superioris episcopi sui partes ascendere: seq; post laborem reficiendo reparare. Omnes igitur ascenderunt domum: vnus ei tantummodo paruulus relictus est puer: quem nunc quoq; predictus probus asserit superesse. Qui dū lecto iacentis assisteret: subito asperit intrantes ad virū dei quosdam viros stolis candidis amictos: qui eundem quoq; candorem vestīū vultū suorum luce vincebant. Qua splendoris etiam claritate percussus: quinā illi essent emissa cepit voce clamare: qua voce etiam probus ep̄s commotus: intrantes eos asperit ⁊ agnouit atq; eisdem stridentē vagientēq; puerū consolari cepit dicens. Noli timere: quia ad me sanctus iuuenalis ⁊ sanct<sup>9</sup> Eleuterius martyres venerūt. Ille autē tante visionē nouitatē nō ferēs cursū cōcito extra fores fugit atq; eos q̄s viderat patri ac medicis nūciauit. Qui cōcito descendērūt: s; egrū quē relinquerāt iā defunctū iuenerūt: q; illi eū secū tulerāt: quorum visionē puer ferre. nō potuit qui ibi remansit

Puer sc̄tōs  
vidit.

### Cap. xij. De trāsitu galle ancille dei

**I**nterea neq; silēdū arbitror q̄d mihi p̄sonarum grauiū atq; fidelīū est relatione cōpertum. Sōthorum namq; temporibus. Galla huius vrbis nobilissima puella simachi ac patricij filia: intra adolescentie tempora marito tradita: in vnus anni spatio eius est morte viduata. Quam tuū

## Liber quartus. Fo. lxx.

feruente mundi copia ad iterandum thalamum et opes et etas vocarent: elegit magis spiritalibus nuptiis copulari deo in quibus a luctu incipitur: sed ad gaudia eterna peruenitur: quibus carnalibus nuptiis subijci: que a leticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cūvalde ignea cōspersio corporis inesset ceperunt medici dicere quod nisi ad amplexus viriles rediret calore nimio contra naturam barbas esset habitura quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit: que interius sponsi celestis specie amant: nec verita est si hoc in illa fedaretur: quod a celesti sponso in ea non amaretur. Mortuus ergo ut eius maritus defunctus est obiecto seculari habitu ad omnipotentis dei seruitium sese apud beati Petri apostoli ecclesiam monasterio tradidit: ibique multis annis simplicitate cordis atque orationi dedita: larga indigentibus elemosinarum opera impendit. Cumque omnipotens deus perhenem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset cū crepescere in manilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius due candelabra lucere consueuerant: quod vide licet amica lucis non solum spirituales: sed etiam corporales tenebras odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac iaceret infirmitate fatigata: vidit beatum Petrum apostolum inter vtraque candelabra: ante suum lectum constituisse: nec perterrita timuit: sed ex amore sumens audaciam exultauit ei: quod dixit. Quid est domine mihi. dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille (benignissimi ut est vultus) inclinato capite annuit dicens. Dimissa veni. Sed quod quadam sanctimoniam femina in eodem monasterio pre ceteris diligebat: ilico gal: la subiunxit. Rogo te ut soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non. sed illa talis veniat tecum hec vero quam petis die te erit tricesimo secutura. His itaque expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ei ablata est. At illa protinus cuncte congregationis ascinit matrem. eius quid viderit quidve audierit indicauit. Tertio autem die cum ea que iussa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat die est tricesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memorabile. sicque hoc a prece dentibus matribus traditum narrare illic solent sub

Nota.

Salla ad sanctum Petrum.

## Dialogi beati Gregorij.

tiliter iuniores que nunc sunt sanctimoniales virgines: ac si illo in tēpore huic tam grandi miraculo et ipse affuissent.

### Capitulum. xiiij. De trās- itu Seruuli paralytici.

**S**ed inter hec sciēdum est: quia sepe animab<sup>9</sup> exiuntibus electorū dulces solent laudes celestes erumpere: vt dum illam libenter audiūt dissolutionez carnis ab anima sentire minime permittantur. Unde in omelias quoq; euāg<sup>es</sup> liij tam narrasse me memini: q̄ in ea porticu que curtib<sup>9</sup> ad ecclesiam beati Clementis est puia fuit quidam Seruulus nomine: cuius te quoq; non ambigo meminisse: qui quidem pauper rebus: sed meritis diues erat: quem longa egritudo dissoluerat. Nam ex quo illum scire potuimus: vsq; ad finem vite paralyticus iacebat. Quid dicam: quia stare non poterat: qui nunq̄ in lecto surgere: vel ad sedendum valebat: nunq̄ manum suam ad os ducere: nunq̄ se potuit in laetus aliud declinare. Huic ad seruendum mater cum fratre aderant: et quicquid ex elemosina potuisset accipere: hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquā litteras nouerat: sed scripture sacre sibi nec codices emerat: et religiosos quosq; in hospitalitatem suscipiens hos coram se studiose legere faciebat. factum est vt iuxta modum suū ple-  
ne sacram scripturam diceret: cum (sicut dixi) litteras fimitus ignoraret: studebat semper in dolore gratias agere: hymnis deo: laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cū iam tempus esset vt tanta eius patientia remunerari debuisset membrorū dolor ad vitalia redyt. Cumq; iā se morti proximum agnouisset: peregrinos viros atq; in hospitalitatem susceptos admonuit: vt surgerent et cum eo psal-  
mos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumq; cum eis et ipse moriens psalleret: voces psallentium repente cō-  
pescuit cum terrore magni clamoris: dicens Tacete. Num quid non auditis quante resonent laudes in celo: Et dum easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intende-  
rat: sancta illa anima carnem exeunte soluta est. Qua scilicet exeunte tanta illic fragrantia odoris aspersa est: vt om-

Seruulus in  
exitu ange-  
los cantare  
audiuit

## Liber quartus. Fo. lxxj.

nes qui illic aderant: inestimabili suauitate repleverunt: ita ut per hoc patenter cognoscerent quod eas laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit qui nunc usque vivit et cum magno fletu attestari solet: quod quousque corpus eius sepulture traderent: ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit.

### Capitulum. xv. De transitu

Romule ancille dei.

**I**n eisdem quoque omelias rem narrasse me recolo quam speciosus presbyter meus qui hanc nouerat me narrante attestatus est. Eo namque tempore quo monasterium petij: anus quedam redempta nomine in sacrimoniali habitu constituta in urbe hac iuxta beate Marię virginis ecclesiam manebat. Hęc illius disciplina erudita fuerat: que magnis virtutibus pollens super prenestinos montes vitam heremiticam duxisse ferebatur. Huic autem redempte due in eodem habitu discipule fuerant: una nomine Romula et altera nunc superest et quam quidem facie scio: sed nōse nescio. Tres itaque hęc in uno habitaculo commanentes: morum quidem diuitijs plene: sed tamen pauperem vitam rebus ducebant. Hęc autem quam prefatus sum Romula aliam quam presdici condiscipulam suam magnis vite meritis anteibat. Erat quippe mire patientie: summe obedientie: custos orationis sui ad silentium studiosa valde ad continue orationis usum. Sed quia plerumque hi quos iam homines perfectos estimant: adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent sicut sepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspiciunt etiam quasi perfecta laudantur que tamen adhuc artifex considerat et limat: laudari iam audit: et tamen ea tundere meliorando non desinit. Hęc quam predictimus Romula ea quam grecovocabulo medici paralytimum vocant molestia corporali percussa est: multisque annis in lectulo decubans vane olacebat membris officio destituta: nec tamen hęc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perducerat. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quod tanto sollicitius ad usum orationis excreuerat quanto et

Romule laudes.

Nota.

## Dialogi beati Gregorij.

aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem redemptam (quam prefatus sum) que utraque discipulas suas siliarum loco nutriebat vocavit dicens. Mater veni: mater veni. Que mox cum alia eius condiscipula surrexit: sicut utriusque referentibus et multis eadem res claruit: et ego quoque in eodem tempore agnoui. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent: subito celitus lux emissa: omne illius cellule spacium implevit: et splendor tante claritatis emicuit: ut corda assistentium inestimabili pauore perstringeret: atque ut post ipse referebat omne in eius corpus obrigesceret: ut et in subito stupore manerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonitus audiri: ostiumque cellule concuti: ac si ingredientium turba premeretur: atque dicebant intrantium multitudinem sentiebant. Sed numeritate timoris et luminis videre non poterant: quia eorum oculos et pauor depresserat: et ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus est miri odoris fragrantia subsecuta: ita ut earum animarum: quia lux emissa terruerat odoris suauitas refoueret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent: cepit eadem Romula assistentem et tremantem redemptam suorum motu magistram blanda voce consolari dicens. Noli timere mater: non moriar modo. Cumque hoc crebro diceret: paulatim lux que fuerat emissa subtracta est: sed is qui subsecutus est odor remansit sicque dies secundus et tertius transijt ut aspersa odoris fragrantia maneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocavit: qua veniente viaticum petijt et accepit. Nec diu eorum eadem redempta: vel illa alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserant: et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallentium constiterant: et sicut ipse dicebant serus ex vocibus discernisse psalmodie cantus dicebant: viri et femine ridebant. Cumque ante fores cellule exhiberentur celestes exequie: sancta illa anima carne soluta est. Qua ad celum ducta quanto chori psallentium altius ascenderat: tanto cepit psalmodia leuius audiri: quousque et eiusdem psalmodie sonitus: et odoris suauitas elongata finiretur.

Celestes exequie.

### Capitulum. xvj. de transitu



## Liber quartus. Fo. lxxij.

Tarsille virginis.

**N** omnibus in solatione egrediēte: se  
apparere solet auctor ac retributor vite. Un  
hoc qd de Tarsilla amica mea in homelijs  
enagelij dixisse me recolo: replicabo: que ins  
ter duas alias sorores suas p̄tute p̄tinue ora  
tionis: & rauritate vite: singularitate abstinentie: ad culmen  
sanctitatis excreuerat. huic uersione felix attau<sup>9</sup> mens  
huius Romane ecclesie antistes apparuit: eijs mansi onem  
perpetue claritatis ostēdit: dicens. Veni: quia in hac te lucis  
mansione suscipio. Que subsequente mor febre correpta ad  
diem peruenit extimū. Et sicut nobilibus feminis uirūq;  
morientibus multi cōueniunt: qui eorū proximos solentur:  
eadem hora exitus ipsius multi uiri ac femine eius lectulū  
circumsteterunt. Tunc subito illa sursum respiciens Jesum  
uenientem vidit: et cum magna uocis animaduersione ces  
pit circumstantibus clamare: dicens. Recedite: recedite: qz  
Jesús uenit. Cumq; in eum tenderet quem uidebat sancta  
illa anima a corpore egressa: tantaq; subito fragrantia in  
ri odoris aspersa est: ut ipa quoq; suauitas cunctis ostende  
ret illic auctorem suauitatis uenisse. Cumq; corpus eius ex  
more mortuorum ad lauandum esset nudatum: longe ora  
tionis usu incubitis eius et genibus camelorum more inuē  
ta est obdurata cutis excreuisse. Et quid uiuens eius spiri  
tus semper egerit: caro mortua testabatur.

Tarsilla Je  
sum uidit.

### Capitulum. xviij. De trans itu Muse puelle.

**S**ed neq; hoc sileam quod predictus pbus dei  
famulus de sorore sua noie Musa puella par  
ua narrare p̄sueuit: dicens. Qz quada; nocte ei  
p̄ uisionē sancta dei genitricis uirgo maria ap  
paruit: atq; coenas ei in albis vestib<sup>9</sup> puellas  
ostendit. Quibus illa cum admisceri appetisset: sed se eis iū  
gere non auderet: beate Marie uirginis est uoce requisita  
an uelit cum eis esse: atq; in eius obsequio uiuere. Cui cuz  
puella eadem diceret: uolo: ab ea protinus mandatum ac  
cepit: ut nihū ultra leue: aut puellare ageret: et a risu loci

k. i.

## Dialogi beati Gregorij.

se abstineret: sciens per omnia & inter easdem virgines: quas viderat ad ei<sup>9</sup> obsequiū die tricesimo veniret. Quib<sup>9</sup> visis in cunctis suis moribus puella mutata est: omnesq; a se leuitates puellaris vite magna gravitatis deterfit manu. Cūq; eam parentes eius mutatā esse mirarent: requisita rē renuit quid sibi beata dei genitrix iusserit: vel quo die itura esset ad obsequiū eius indicavit. Tunc post vigesimū quintū diem febre correpta est. Die autē tricesimo cūq; hora eius exitus p̄pinq;uasset: eandē beatam genitricē dei cum puellis quas p̄ visionem viderat ad se venire cōspexit. Cui se etiam vocanti respondere cepit: et depressis reuerenter oculis apertavoce clamare. Ecce dominavenio ecce dominavenio. In qua etiaz voce spiritū tradidit: ex virgineo corpore habitatura cū sanctis virginibus exiit. Petrus

*Visa beatā  
virginem vidit*

**Q**uam humanū genus multis atq; innumeris vitijis sit subiectū: hierusalē celestis patrie maximam partem ex parvulis vel infantibus arbitror posse compleri.

**Capitulū. xvij. De quibusdam parvulis regni celestis aditus a parentibus clauditur cum ab eis male nutriuntur: et de puero blasphemico ostenditur. et postmodum declaratur.** Gregorius.

**E**t si omnes baptizatos infantes: atq; in eadem infantia morientes ingredi regnum celeste credendum est: omnes tamen parvulos qui seziā loqui possunt regna celestia ingredi credendum non est: qz nonnullis parvulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur si male nutriātur. Nā quidam vir cunctis in hac vrbe notissimus ante triennium filium habuit amozum: (sicut arbitror) quinq; quem nimis carnaliter diligens remisit nutriēbat: atq; idem parvulus (quod dictū graue est) mox vt eius animo aliquid obstitisset maiestatem dei blasphemare cōsueverat: qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cum qz eum suus pater in sinu teneret (sicut hi restati sunt q̄ presentes fuerunt) malignos ad se venisse spiritus tremētibus oculis puer aspiciens cepit clamare. Obsta pater. obsta pater. Qui clamans declinauit faciem. vt se ab eis in sinu pa-

*parvulis a  
parētib; re-  
gnum celeste  
nōnunq; clau-  
ditur.*

## Liber quartus. Fo. lxxij.

tris absconderet. Quem cum ille tremementem requireret quid videret: puer adiuravit dicens Mauri homines venerunt. Qui cum hoc dixisset: maiestatis nomen protinus blasphemavit: et animam reddidit. ut enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset traditur executoribus. Vni viventem pater suus noluit corrigere. hoc morientem permisit iterare: ut qui diu per divinitatis patientiam blasphemus vixerat: quando per divinitatis iudicium blasphemaret et moreretur. quatenus reatum suum pater agnosceret: qui parvuli filium aiam negligens non parvulum peccatorum gehene ignibus nutrirer. Si iterum hoc triste se ponentes: ad ea que narrare cepimus leta. redeamus

### Capitulum. xix. De transitu Stephani viri dei.

**D**edicto etenim probo aliisque religiosis narratibus viris agnoui: ea que inducere audientibus de venerabili patre Stephano in hominibus evangelii curavi. fuit etenim vir (sicut idem probus: et multi alii testantur) nihil in hoc mundo possidens: nihil querens solam cum deo paupertatem diligens. inter adversa semper patientiam amplectens conventus secularium fugiens: vacare se orationi concupiscens. De quo vnum bonum virtutis refero: ut ex hoc cyno valeant multa eius bona persari. Is namque cum quadam die messem quam sua manu seruerat decisam ad aream reduxisset: nihilque aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendium haberet: quidam perverse voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus: eandem messem igne supposito ita ut erat in area incendit. Quod factum dum alter conspiceret: eidem dei famulo cucurrit et nunciavit. Quod postquam inclinavit adiunxit: dicens. Ne ve pater Stephane: quid tibi contigit: cui statim vultu ac mente placida ille respondit. Ne quid illi contigit qui mihi hoc fecit: nam mihi quid contigit? In quibus eius verbis ostenditur in quo virtutis culmine sedebat qui vnum quod insumptum mundi habuerat: tam securo perdebat mente: magisque illi condolebat qui peccatum commiserat quam sibi qui peccati illius damna tolerabat: nec pensabat quid ipse exterius. sed culpe reus quantum perdebat intus. hinc itaque cum dies mortis egredi

Stephani  
laus.

Stephani viri  
et is eximia

## Dialogi beati Gregorij.

de corpore vigeret uenerunt multi ut tam sancte a se de hoc seculo recedenti suas animas commendarent. Cuius lecto hi qui uenerant omnes assistentes: alij ingredienti angelos uiderunt sed dicere aliquid nullo modo potuerunt: alij omnino nil uiderat. Sed oēs qui aderat ita uehementissimus timor percussit: ut nullus egrediēte illa sancta anima illic stare potuisset. Et hi ergo qui uiderat: et hi qui oīno nil uiderat: uno oēs timore percussi et territi fugerūt: ut palā daret intelligi quod quāta uis esset que illam egredientē animam susciperet cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset.

**Cap. xx. quod aliquando anime meritum**

non in ipso suo egressu: sed post mortem uerius declaratur. Sed inter hec sciendum est: quod aliquando anime meritum non in ipso suo egressu ostenditur: post mortem uero certius declaratur. Unde et sancti martyres ab infidelibus crudelia multa perpassi sunt: qui tamen (ut prescriimus) ad ossa sua mortuis signis quotidie et miraculis clarescunt.

**Cap. xxi. De duobus monachis ualentij abbatis.**

Ute namque uenerabilis ualentius quod post hac romana urbe mihi sicut nosti in eo quoque monasterio presuit: prius in ualerie prouincia suum monasterium rexit. In quo dum longobardi se ueniētes uenissent: sicut ei narratione didici: duos eius monachos in ramis uini arboris suspendērūt: qui suspēsi eodē die defuncti sunt. Facto autē uespere utroque eorum spiritus claris illic apertis uocibus psallere ceperūt: ita ut ipsi quoque qui eos occiderat cum uoces psallentium audirent nimis mirati terrerentur: quas uidelicet uoces captiui quoque omnes qui illic aderant audierunt: atque eorum psalmodie postmodum testes extiterunt. Sed has uoces spirituum omnipotens deus idcirco pertingere uoluit ad aures corporum: ut uiuentes quique in carne discerent: quia si deo seruire studeant post carnis mortem uerius uiuant.

Monachi suspēsi ad arborem caneant

## Liber quatus. fo. lxxiiij.

### Capi. xxij. De trālitu Surani abbatis.

**Q**uidā religiosus quoq; viris attestantibus adhuc in monasterio positus agnouit: q; hoc lōgobardoz tpe iuxta in hac puicia q; fura nominat: quidā monasterij p̄ vite venerabilis Suranus nomine fuerit: q; captiuus aduenientibus a tōgobardoz depredatione fugientibus cuncta que in monasterio videbatur habere largitus est. Cūq; in elemosinis vestimenta sua ac firmo et cellariū cōsumpsisset. et quicquid habere in horto potuit expendit. Expensis vero reb; oib; longobardi ad eū subito venerūt: eūq; tenuerūt et aux ab eo petere ceperūt. Quib; cū ille diceret se oīno nihil habere: in vicino monte ab eis ductus est: in quo silua immensis magnitudinis stabat: ibi captiuus quidam fugiēs in caua arborē latebat: vbi vn; ex lōgobardis educto gladio p̄dictū venerabilē occidit virum. Cuius corpore in terrā cadēte mōs oīs p̄tinus et silua cōcussa est: ac si se ferre non posse pondus sanctitatis eius diceret terraq; tremuisset.

miraculus.

### Capi. xxiiij. De trālitu dyaconi ecclesie Marforum.

**A**lius q; i marfor. puiciavite valde venerabilis dyaconus fuit: quē inuētū lōgobardi tenuerūt: q; vn; educto gladio caput ei; āputauit: cū corp; ei; in frā caderet ipse q; hūc capite trūcauerat inūdo spū cotreptus: ad pedes ei; corruit et q; amicū dei occidit inūico dei tradit; ostēdit. Petrus.

**Q**uid est hoc q; te q; ops de; sic permittit mori: q; tñ post mortē cui; sanctitatis fuerint nō patitur celari?

### Capi. xxiiij. De morte viri dei

(q; missus bethe) fuerat. Gregorius.  
**Q**uid scriptū sit. Iust; q; cūq; morte p̄uēt; fuerit in iustis ei; n; auferet ab eo electi q; p̄culdubio ad p̄petuā vitā tēdūt qd eis obest si ad modicū.

h. iii.

## Dialogi beati Gregorij.

cū dure moriuntur: Et est fortasse nōnūq̄ eorū culpa: licet  
mīnima que in eadē debeat morte refecari. vñ sit q̄ reprob  
bi p̄tate q̄dē p̄tra viuētes accipiāt. S; illis moriētib⁹ hoc i  
eis graui⁹ vindicet: p̄tra bonos p̄tate sue crudelitatis acce  
perūt: sicut idē carnifex q̄ eūdē venerabilē dyaconū viuētē  
ferire pmīss⁹ est: gaudere sup̄ mortuū pmīss⁹ nō ē: qd̄ sacra  
q̄s testāf eloq̄a. Nā yr̄ dei p̄tra samariā miss⁹: qz p̄ inobe  
diētā in itinere comedit: hūc leo in eodē itinere occidit. S;  
statim illic scriptū est: qz stetit leo iuxta asinā: ⁊ nō comedit  
leo de cadauere. Ex qua re ondif q̄ petri lobediētie in ipsa  
fuerit morte lastrū: qz idē leo quē viuētē psūpsit occidere:  
cōringere nō psūpsit occisum. Qui et occidēdi ausū habuit:  
de occisi cadauere comedēdi licētā nō accepit: qz is q̄ cul  
pabilis in vīta fuerat punita licētā erat tā iust⁹ ex mor  
te. Leo ergo qui pri⁹ peccatoris vītam necauerat: custodi  
uit postmodū cadauer iusti.

ij. re. xij.

Leo custo  
diuit cada  
uer iusti.

Petrus

**P**lacet quod dicis: sed nosse vellē si tunc ante restitu  
tionē corporū in celo recipi valeāt aie iustorum.

**Cap. xxv. Si ante restitu  
tionē corporis recipiantur in celo anime iustorum.**

Gregorius.

**H**oc neq; de oib⁹ iustis fateri possum⁹: neq; de  
oib⁹ negare. Nā sūt q̄rūdā iustoz aie q̄ a cele  
sti i regno q̄busdā adhuc mātionibus differunt  
In quo dilationis dāno qd̄ aliud innuitur: nisi  
qd̄ de p̄fecta iustitia aliqd̄ minus habuerunt:  
et tñ luce clarius constat: qz perfectoz aie mox vt huius car  
nis claustra exeunt: in celestis regni sedibus recipiūt qd̄  
et ipsa p̄ se veritas attestat dicens. Ubicūq; fuerit corpus  
illuc cōgregabūtur ⁊ aquile: qz vbi ipse redēptor: n̄ est cor  
pore: illuc p̄culdubio colligūtur iustoz aie. Et paulus. Cu  
pio dissolui et esse cum christo. Qui ergo christū in celo esse  
nō dubitat: nec pauli animā esse in celo negat. Qui etiā de  
dissolutione sui corporis: atq; de inhabitatione celestis pa  
trie dicit. Scim⁹ qm̄ si terrestis dom⁹ nostra huius habi  
tationis dissoluatur: q̄ edificationē habemus ex deo domū  
nō manu factā eternā in celis.

Petrus.

Luce. xvij.

phil. i.

ij. Cor. v.

## Liber quartus. Fo. lxxv.

**S** igitur nunc sunt in celo anime iustorum: quid est quod in die iudicii pro iusticie sue retributione recipient?  
Gregorius.

**H** oc eis nimirum crescit in iudicio quod nunc aiaz sola: post modum vero etiam corporum beatitudine profuerunt: ut ipsa quod carne gaudeant in qua dolores pro domino cruciatibus protulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est. In terra sua dupliciter possidebunt. hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorum aiaz scriptum est. Datus sunt illis singule stolas alabe. Et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum: donec impleret numerus conseruorum et fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt binas in iudicio stolas habituri sunt: quia modo aiaz tantummodo: tunc autem animarum simul et corporum gloria letabuntur.  
Petrus.

Esai. lxi.  
Apoca. vi. c.

**A** sentio. Sed vellem scire quonam modo agitur: quod plerumque morientes multa predicunt.

### Capitulum xxvi. Quibus modis

morientes: aliquid predicunt. Et de morte cuiusdam aduocati. Et de reuelatione Herodij ac Melliti monachorum: et de morte pueri Armentarij: et de diuersitate linguarum.

Gregorius.

**I** psa aliquando aiarum vis subtilitate sua aliquid preuidet. Aliquando enim exire de corpore antequam per reuelationem ventura cognoscunt. Aliquando vero dum iam iuxta sit ut corpus deserant diuinitus affiate in secreta celestia incorporeum mentis oculum mittunt. Nam quod vis anime aliquando subtilitate sua ea que sunt ventura cognoscit. patet eo quod cum quidam aduocatus qui in hac urbe ante biduum laboris dolore defunctus est: sed ante paululum quod moreretur: vocauit puerum suum preparari sibi vestimenta ad processendum iussit. Quem dum puer quasi insanire cerneret: eiusque preceptis minime obediret: surrexit: vestimento se induit. et per viam appiam ad beati Sixti ecclesiam se esse processurum dixit. Cuius post modicum ingrauescente molestia esset defunctus: deliberatum fuerat ut apud beatum Iuanuarium martyrem prenestina via eius corpus poni debuisset:

Aduocatus  
futura predicat

k. iiij.

## Dialogi beati Gregorij.

Sed quis longū hoc his qui funus eius curauerant visum  
fuisse repete otto consilio exeuntes cum eius funere p̄ viā  
appiā nesciētesq; illi qđ dixerat: in ipsa eū ecclia quā pre-  
dixerat posuerunt. Et cum eūdem virum curis secularibus  
obligatum: lucrisq; terrenis inhiantē fuisse nouerimus vñ  
hoc p̄dicere potuit: nisi quia id qđ futurū erat eius corpori  
ipsa vis ale ac subtilitas preuidebat. Qđ autem sepe etiā  
reuelationibus agitur vt a morituris futura p̄sciantur. Ex  
his colligere possumus q̄ apud nos gesta in monasterijs sci-  
mus. In monasterio etenim meo quidā frater ante decennū  
Serontius dicebatur. Qui cum graui molestia corporis fuis-  
set depressus: in visione nocturna albatos viros et clari orni-  
nūmodo habitus in hoc ipsum monasterium descendere de  
superioribus asperit. Qui cum cotam lecto iacentis assiste-  
rent vnus eorum dixit. Ad hoc venimus vt de monasterio  
Gregorij quosdā fratres in militiam mittamus: atq; alteri  
precipēs: adiūxit. Scribe Marcellū/Valētianū/Agnel-  
lū: atq; alios quorum nūc minime recordor. Quibus exple-  
tis addidit: dicens. Scribe et hunc ipsum qui nos aspicit.  
Ex qua visione certius redditus predictus frater: facto ma-  
ne inuoluit fratribus: q̄ et qui essent in preui ex eadem cella  
morturi: post quos se etiā denunciāuit esse secuturum.  
Cumq; die alio predicti fratres mori ceperunt: atq; sub eo  
dē ordine se in morte secuti sūt quo fuerant in descriptione  
nominati: ad extremū vero: et ipse obiit: qui eosdē fratres  
morturos preuidit. In ea quoq; mortalitate q̄ ante triens  
num hāc urbē vehementissima clade vastauit: in Portunē-  
sis ciuitatis monasterio Wellitus dictus est monachus: ad  
huc in annis iuuenilibus constitutus: sed mire simplicita-  
tis atq; humilitatis vir: qui appropinquante vocationis  
die eadem clade percussus ad extrema deduct⁹ est. Quod  
vir vite venerabilis Felix eiusdem ciuitatis ep̄s audiens:  
cuius et hęc relatione cognouit ad eū accedere studuit: ne  
mortem timere debuisset verbis hunc perualtorijs conforta-  
re cui etiam adhuc de diuina misericordia lōgiora vite spa-  
cia polliceri cepit. Sed ad hęc ille respondit: cursus sui tē-  
pora esse cōpleta: dicens apparuisse sibi iuuenē: atq; ep̄isto-  
las demisse dicentē. Aperi et lege. Quibus appertis: affe-

Nota.



## Liber quartus. Fo. lxxvi.

runt: quia se et omnes qui eodem tpe a predicto efo in pas-  
schali festiuitate fuerant baptizati: scriptos in eisdē episto-  
lis isris aureis inuenisset. Pri mū qdē ( vt dicebat ) suum no-  
men reperit: ac inde oim illo in tpe baptizatorū. Quis de re-  
certum tenuit: se et illos de hac vita esse sub celeritate. mis-  
graturos. s̄ factumq; est vt die eadē ipse moreret: atq; post  
eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt: vt in-  
tra paucos dies nullus eorum in hac vita remaneret. De  
quibus nimirum cōstat q̄ eos predictus dei famulus idcir-  
co auro scriptos viderat: quia eorū noia apud se s̄ra eter-  
na claritas habebat. Sicut itaq; hi reuelationibus pote-  
runt ventura cognoscere: ita nonnūq; egressure anime pos-  
sunt etiam mysteria celestia non per somnū: sed vigilando  
p̄libare. ¶ Ammonium namq; monasterij mei monachum  
bene nosti: qui dū esset in seculari habitu constitutus. Va-  
leriani huius verbis aduocati naturalem in coniugio forti-  
tus: eius obsequijs sedule atq; incessanter adherebat: et  
queq; in eius domo agebantur nouerat. Qui mihi iam in  
monasterio positus narrauit q̄ in ea mortalitate que patris  
cynarse temporibus hanc urbē vehementer afflixit: in do-  
mo p̄dicti Valeriani puer armentarius fuit precipue sim-  
plicitatis et humilitatis. Cum vero eiusdem aduocati doz-  
mus eadem clade vastaretur: idē puer percussus est: et vsq;  
ad mortē deductus. Qui subito sublatu a p̄sentibus redijt:  
sibiq; dñm suum vocari fecit. Cui ait. Ego in celo fui: et qui  
de hac domo morituri sunt agnouit. Ille ille atq; illi mori-  
turi sunt: tu vero ne timeas: quia hoc tempore moriturus  
non es. At vero scias q̄ me in celo fuisse verum fateor: ecce  
accepit illic vt linguis omnium loquar. Nunquid tibi inco-  
gnitum fuit grecam me linguam oino non nosse: et tamen  
grece loquar: vt cognoscas an verum sit q̄ me omnes lin-  
guas accepisse testificor. Cui tunc grece dñs suus locutus  
est: atq; ita illi in eadem lingua respondit: vt cuncti q̄ ade-  
rāt mirarentur. In ea quoq; domo predicti narse spatarius  
vulgaris manebat. Qui festine ad egrum deductus ei vul-  
garica lingua locutus est: sed ita puer ille in italia natus et  
nutritus in eadem barbara locutione respondit: ac si ex  
eadem fuisset gente generatus. Mirati sunt omnes qui

Nota re mis-  
ram.

## Dialogi beati Gregorij

Mors terri-  
bilis pueri.

audiebant: atq; ex duarum linguarum experimento quas  
cum antea nescisse nouerant: crediderunt de omnibus quas  
probare minime ualebant. Tunc per biduum mors eius dila-  
ta est: sed die tertio quo occulto iudicio nescitur: manus ac  
brachia lacertosq; suos dentibus lamauit atq; de corpore  
exiit. Quo mortuo oēs illi quos pdixerat ex hac. p̄tin<sup>o</sup> luce  
subtracti sunt: nullusq; in hac domo eadē tēpestate defūct<sup>o</sup>  
est q̄ uoce illius denunciatus nō est. Petrus.

**U**alde terribile est: ut q̄ tale donū p̄cipere meruit: ta-  
li etiā post hoc pena plectere. Gregorius

**Q**uis occulta dei iudicia sciat: ea q̄ in diuino examine  
cōprehēdere nō possumus. timere magis q̄ discus-  
tere debemus.

### Capit. xxvij. De morte theo- phanij comitis.

**U**tem de egredientib<sup>o</sup> animab<sup>o</sup> q̄ multa  
p̄nocūt ea que cepim<sup>o</sup> exequamur: neq; hoc  
silendū est quod de theophanio ceterelensis  
urbis comite in eadē urbe posit<sup>o</sup> multis at-  
testantibus agnoui. fuit naq; uir misericors  
die actibus de ditiis: bonis operibus inuētus: hospitalitati  
p̄cipue studens. Exercendis quidem comitatus curis oc-  
cupatus: agebat terrena et tēporalia: sed ut post in fine cla-  
ruit magis ex debito q̄ ex intēctione. Nā dū appropinquā-  
te mortis eius tempore grauissima aeris tempestatas obfiste-  
ret ne ad sepeliēdum dici potuisset. eumq; uxor sua cū fle-  
tu uehementissimo inquireret dicēs. Quid faciam: r̄ qnō te  
ad sepeliēdum eiciā. quia hostiū domus huius egredi p̄-  
nimita tempestate non possumus. Tunc ille respondit. No-  
li mulier flere: q; mox ut ego defūct<sup>o</sup> fuero aeris serenitas  
redit. Cuius protinus uocē mors et mortem serenitas secu-  
dit: quod signum etiā alia signa sunt comitata. Nā man<sup>o</sup>  
eius et pedes podagre humore tumescentes uersi in uul-  
neribus fuerant: et profluente sanie patebant. Sed dum  
corpus eius ex more ad lauandum fuisset nudatum: ita ma-  
nus pedesq; ei<sup>o</sup> sani inuēti sūt: ac si unq̄ vulneris nil habuis-  
sent. Duct<sup>o</sup> itaq; ac sepult<sup>o</sup> est eiusq; cōiugiu<sup>o</sup> ē ut quarto

Theophanis  
us comes fu-  
tura pdixit.

## Liber quartus. Fo. lxxviij

die in sepulchro illius marmor quod superpositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet in armor corpori eius superpositum dum fuisset ablatum: tanta ex corpore ipsius fragrantia odoris emanant: ac si ex putrescente carne illius pro vermibus aromata feruissent. Quod factum dum narrante me in homelium infirmis quibusdam venisset in dubium die quodam sedente me in conuentu nobilium: ipsi artifices qui sepulchro illius marmor mutauerant affuerunt aliquid me de p[ro]pria causa rogaturi. Quos ergo de eodem miraculo coram clero nobili ac plebe requisitum eadem odoris fragrantia miro se repletos fuisse testati sunt. Et quedam alia in augmento miraculi que nunc narrare longum existimo: de eodem sepulchro eius addiderunt Petrus -

**I**nquisitioni mee sufficienter iam video satisfactum: sed hoc est adhuc quod questione animum pulsat: quod cum superius dictum sit: esse iam sanctorum animas in celo: restat proculdubio ut iniquorum quoque anime esse non nisi in inferno credantur. Et quid hac de re veritas habeat ignoro. Nam humana estimatio non habet peccatorum animas ante iudicium posse cruciari.

**C**apitulum xxviij. Quod sicut peccatorum anime in celo: ita post dissolutionem corporum iniquorum anime in inferno esse credende sunt.

Gregorius.

**S**ed esse sanctorum animas in celo sacri eloquii satisfactione credidisti oportet ut per omnia esse credas et iniquorum animas in inferno: quis ex retributione interne iusticie ex qua iusticia gloriatur necesse est per omnia ut et iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo letificat: ita credi necesse est quod a die exitus sui ignis reprobos exurat. Petrus.

**E**t qua ratione credendum est quia rem incorpoream tenere ignis corporeus possit.

**C**apitulum xxix. Qua ratione credendum sit ut incorporeos spiritus tenere ignis corporeus possit.

Gregorius.

# Dialogi beati Gregorij

**S**icut viventis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore cur non post mortem: cum incorporeus sit spiritus etiam corporeo igne tenetur?

Petrus.

**I**nvincente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore quia vivificat corpus. Gregorius.

Corporeus et ignis in spiritu petri agit.

**S**icut incorporeus spiritus petre in hoc teneri potest quod vivificat quare non penaliter et ibi tenetur ubi mortificatur? Teneri autem spiritus per ignem dicimus: ut in tormento ignis sit videndo: atque sentiendo puniatur. Tene namque eo ipse patitur quo videt: et quia cremari si aspicit: crematur. Sicque sit ut res corporea incorpoream exurat: dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: ut per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur. Quis colligere ex dictis evangelicis possumus quia incensum anima non solum videndo sed etiam experiendo patiatur. Veritatis etenim voce dives mortuus in inferno dicitur sepultus. Cuius anima quia igne tenetur: insinuat voce que abraham deprecatur discens. Mitte lazarus ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Unde ergo peccatorum dicitur damnatum veritas igne perhibet: quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget?

Petrus

Luc. xvi.

**E**cce ratione ac testimonio ad credulitatem flectitur animus sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo ei res corporea rem incorpoream teneat atque affligere possit ignoto.

Gregorius

**D**icte queso an apostatas prius a celesti gloria deiectos esse corporeos: an incorporeos suspicaris? Petrus.

Uis sanum sapiens esse spiritus corporeos dixerit?

Gregorius

**O** Et hunc ignem esse corporeum fateris?

Petrus

**I**gnem gehene corporeum esse non abigo: in quo certum est corpora cruciari.

Gregorius.

Matth. xxv.

**Q**uante reprobis vitas in fine dictura est? Ite in ignem eternum que paratus est dyabolo et angelis eius. Si quis dyabolus eiusque angelus cum sint incorporei corporeo fatisse cruciandi

## Liber quartus. Fo. lxxviiij.

quid nimirum si anime et antequam recipiant corpora possunt cor  
porea sentire tormenta.

Petrus.

**P**atet ratio: nec debet animus de hac re ulterius que-  
stione dubitare.

## Capitulum. xxx. de morte

Theodorici regis arriani.

Gregorius.

**P**ostquam laboriose credidisti opere precium credo:  
si ea que mihi a viris fidelibus sunt digesta nar-  
rauero. Julianus namque huius romane ecclesie  
(cui deo auctore deseruio) secundus defensor: qui  
ante septem ferme annos defunctus est: ad me  
adhuc in monasterio positum crebro veniebat et mecum collo-  
qui de anime utilitate consueverat: hic itaque mihi quadam die  
narravit dicens. Theodorici regis temporibus pater foceri  
mei in sicilia exactione canonis egerat atque iam ad italia  
rediebat: cuius nauis appulsa est ad insulam que liparis ap-  
pellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magne virtutis  
habebat: dum naute nauis armenta raperent visum est  
predicto patri foceri mei ad eundem virum dei pergere se-  
que eius orationibus commendare. Quos vir domini curvidis-  
set eis inter alia colloquens dixit. Scitis quia rex Theodo-  
ricus mortuus est. Cui illi protinus responderunt Absit: nos  
eum viventem dimisimus: et nihil tale ad nos de eo nunc  
usque perlatum est. Quibus dei famulus addidit dicens. Et  
iam mortuus est nam hesternodie hora nona inter Johanne-  
m papam et simachum patricium discinctus atque discal-  
ciatus: et vinctis manibus deductus in hanc vicinam vulca-  
ni ollam tactatus est. Quod illi audientes sollicitate confere-  
rentur diem atque in italia reuersi eo die Theodoricum  
regem inuenerunt fuisse mortuum: quo eius exitus atque sup-  
plicium dei famulo fuerat ostensum. Et quia Johannem pa-  
pam affligendo in custodiam occidit simachum quoque patri-  
cium ferro trucidavit ab illis in ignem mitti apparuit: quos  
in hac vita iniuste iudicauit.

## Ca. xxxi. De morte reparati.

## Dialogi beati Gregorij.

**A**ODE quorū quo tempore primū remote vite de-  
siderio t̄. ānelabā qđā honestus senex deus des-  
dit nose valde hui⁹ vrbis nobilibus amic⁹: mis-  
hi quoq; in amicitis sedule iungebat: qui mis-  
hi narrabat dicēs Sor̄. xoy. tēpore qđā spectas-  
bilis vir reparatus nomine venit ad mortē. Qui dū diu ias  
cōmutatus ac rigidus iaceret: visū ē qđ ab eo fundit⁹ status  
vitalis exisset: atq; exanime remāsisset corp⁹. Cūq; r̄ mul-  
ti qđ uenerāt r̄ eū iā mortuū familia lugeret subito redijt r̄  
cunctoy plangentis in stupore h̄se sunt lachryme. Qui re-  
uersus ait. Citius ad ecclesiā beati Laurētij martyris qđ ex  
noie cōditoris damasi vocatur puerū mittite: r̄ quid de ty-  
burcio presbytero agat videat r̄ renunciare festinet: qui vi-  
delicet tūc tyburcius carnalib⁹ desiderijs subiacere fereba-  
tur: cuius adhuc vite morūq; bene quoq; fflorenti⁹ ei⁹ nūc  
ecclesie presbyter meminit. Cū vero puer pergeret: narra-  
uit idē reparat⁹ qui ad se reuersus fuerat: quid de illo vbi  
ductus fuerat agnouit: dicēs. Paratus fuerat rognus ingēs  
deductus aut tyburcius presbyter in eo est superposit⁹ atq;  
supposito igne crematus. Alius aut parabat rognus: cuius  
a terra in celū cacumen tendi videbatur. Cui emissā voce  
clamatū ē cuius esset. h̄is dictis statim reparatus defunct⁹  
est: puer h̄o qui transmissus fuerat ad tyburciū iā eum mor-  
tum inuenit. Qui videlicet reparatus ductus ad loca pe-  
narum vidit: redijt: narravit: et obiit. Aperte mōstratur qđ  
nobis illa nō sibi videret quibus dū adhuc cōcessum est vi-  
uere s; etiā a malis opibus emēdare. Rogū h̄o cōstrui repa-  
ratus vidit nō qđ apud infernū ligna ardeāt vt ignis fiat s;  
narratur⁹ hec viuētib⁹ illa de incēdio prauoy vidit: ex qui-  
bus nutrirī apud viuentes corporeus ignis solet vt p̄ hec al-  
freta viuētes discerēt quid de insuetis timere debuissent.

## Capitu. xxxij. De morte cu-

**A**RIALS cuius sepultura incensa est.  
Erribile etiā quodā l̄ valerie puicia p̄tigil-  
se vir vite venerabil maximian⁹ siracusan⁹  
eps qđ dū i hac vrbē meo mōasterio pfuit nar-  
rare p̄sueuit di. Quidā curial̄ illic sacratissimo

Reparat⁹ lo-  
ca penarū vi-  
it.

# Liber quartus. Fo. lxxxix.

paschali sabbato in uicula cuiusdam filii in baptismo suscepti  
 Qui dum post ieiunium domum reuersus: multorum uino ebriatus eam  
 de suis suis in seculo manere petijt: eamque nocte illa (quod dictum nes-  
 fas est) perdidit. Cumq; mane facto surrexisset: reuocitare cepit  
 ut ad balneum pergeret: at si aquam balnei lauari maculam peccati.  
 Perierit igitur lauit cepitq; trepidare an ecclesiam ingre-  
 di uellet sed si tanto die non iret ad ecclesiam erubescerebat  
 hoies. Sin vero iret: pertimescebat iudicium dei. Uicit itaq;  
 humana uerecundia: preiit ad ecclesiam sed tremebundus ac pauens  
 stare cepit: atq; per singula momenta suspectus qua hora im-  
 mudo spiritui traderet et coram populo ueraxet. Cumq; ue-  
 hementer timeret et in illa missarum celebrata quasi aduersi ni-  
 hil cogitaret. qui letus exijt et die altero ecclesiam iam securus intra-  
 uit. factusq; est ut per sex continuos dies letus ac securus prece-  
 dit. estimans quod ei scelus dominus aut non uidisset aut uisum misere-  
 ricorditer auertisset. Die aut septimo subita morte defunctus  
 est. Cumq; sepulture traditus fuisset: per longum tempus cunctis uidentibus  
 de sepulchro illius flamma exijt et tandem ossa eius concrema-  
 uit quousq; os sepulchri consumeret et terra que in tumulum  
 collecta fuerat de fossa uideretur. Quod uidelicet opus de-  
 ciens ostendit quid eius anima in occulto protulit cuius etiam cor-  
 pus ante humanos oculos flamma consumpsit qua in re no-  
 bis quoq; hec audientibus exemplum formidinis dare dis-  
 gnatus est quatenus ex hac consideratione colligamus quod  
 aia uiuens assentiens pro reatu suo patitur si tanto ignis sup-  
 plicio etiam insensibilia ossa concrematur.

Nota.

Ossa curiose  
sepulchro ars-  
sa.

colonia m...  
tunc h...  
quod...  
dicitur...

**D**osse uelim uel si boni bonos in regno: uel mali ma-  
los in supplicio agnoscant.

## Cap. xxij. Si boni bonos in regno et mali malos in supplicio agnoscent.

Gregorius.  
**H**uius rei sententia in uerbis est dominice quam iam supe-  
 rius protulimus luce clarius demonstrata. In  
 quibus cum dictum esset. homo quidam erat  
 diues: et induebatur purpura et bysso et epus  
 labatur quotidie splendide et erat quidam

Luce. xvi.

## Dialogi beati Gregorij.

mendicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuam eius vlc  
ceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebāt de  
mensa diuitis: et nemo illi dabat: sed et canes veniebant et  
lungebant viscera eius. Subiunctum est q̄ mortuus lazarus  
portatus est ab angelis in sinum abrahe: et mortuus est di  
ues et sepultus est in inferno. Qui eleuans oculos suos cum  
esset in tormentis: vidit abraham: a longe et lazarus in si  
nu eius: et ipse clamauit dicens. Pater abraham miserere  
misererere mei: et mitte lazarus vt intingat extremū digi  
ti sui in aquam: et refrigeret linguam meā: qz crucior in hac  
flamma. Cui abraham dixit. Fili recordare: quia recepisti  
bona in vita tua et lazarus similiter mala. Diues autem iam  
spem de seipso nou habens ad promerēdam suorum salutē  
conuertitur dicens. Rogo te pater vt mittas eū in domum  
patris mei: habeo enim quinqz fratres: vt testetur illis ne et  
ipsi veniant in locum tormentorū. Quibus verbis aperte de  
claratur: quia et boni bonos: et mali malos cognoscunt. Si  
igitur abraham lazarus minime recognouisset: nequaquā  
ad diuitem in tormentis positū de transacta eius p̄tione  
loqueretur: dicens q̄ mala receperit in vita sua. Et si ma  
li malos non recognoscerent: nequaquā diues in tormentis  
positus fratrum suorum etiam absentium meminisset. quos  
modo enim presentes nō posset agnoscere: qui etiam p̄ abs  
sentium memoria curauit exorare? Quis in re illud quoqz  
ostenditur quod nequaquā ipse requisisti: et quia boni malos  
et mali cognoscunt bonos. Nam diues ab abraham cogno  
scitur. Cui dictum est. Recepisti bona in vita tua. Et electus  
lazarus a reprobo est diuite cognitus quem mitti precatur  
ex nomine dicens. Mitte lazarus vt intingat extremū digi  
ti sui in aquam et refrigeret linguam meā. In qua videt  
cet cognitione vtriusqz partis cumulus retributionis. extre  
scit: vt et boni amplius gaudeant qui secum eos letari con  
sorcium: quos amauerūt. et malum dū cū eis torquent quos  
in hoc mundo despecto deo dilexerunt eos non solum sua:  
sed etiam eorum pena consumat. fuit autem in electis quod  
dam mirabilis: quia non solum eos agnoscunt quos in hoc  
mundo nouerunt: sed et inuisos ac incognitos recognoscunt  
bonos quos nunquā viderūt. Nam cū antiquos patres in il

Boni malos  
et bonos mali  
recognoscent  
post mortem.



## Liber quartus. Fo. lxxx.

la eterna hereditate viderint: eis incogniti per visionē nō erūt quos in opere semper nouerunt: qz enim illic omnes communi claritate deum conspiciunt: quid est quod ibi ne sciant: vbi scientem omnia sciunt:

### Capitulum xxxiii. de religio- so moriente qui prophetas vidit.

**N**am quidā noster religiosus vir et vite valde laudabilis: cum ante quadrienniū moteretur sicut religiosi alij q̄ presentes fuerunt testati sunt: in hora exitus sui ionam prophetam: ezechielem quoq; et danielem cepit aspiciere: eosq; dominos suos ex nomine clamare. Quos dū ad se venisse diceret: et depressis luminibus eis reuerentie obsequium preberet ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi que erit in illa incorruptibili vita noticia si vir iste adhuc in carne corruptibili positus: prophetas sanctos quos nimirum nunq̄ viderat agnouit.

Notiēs pro-  
phetas vidit.

### Capitulum xxxv. Quod se etiā ignote anime nōnunq̄ exitu recognoscunt: q̄ vel p̄ culpa tormenta: vel p̄ bonis actib; similia sunt premia recepture: et de morte iohānis et vrsi atq; emorzi et stephani.

**S**olet autem plerūq; contingere vt egressura anima eos etiā recognoscat cum quibus pro equalitate culparum vel etiam premiorum in vna est mansione deputanda. Nam vir vite venerabilis eleutherius senex (de quo precedente libro multa narram) in monasterio suo germanū fratrem iohāne se habuisse perhibuit: q̄ ante dies quattuordecim suū fratrib; exitū predixit. Cūq; decrescēte quotidie cōputaret dies: ante tridū q̄ vocaret ex corpore febre corrept; est. Ad horā vero mortis veniēs mysteriorū dñici corporis et sanguinis accepit. Vocatisq; fratribus corā se psallere precepit: quibus tñ antiphonam ipse per semetipm de semetipō imposuit dicens. Aperite mihi portas iusticie et ingressus in eas confitebor dño: hec porta

li.

## Dialogi beati Gregorij.

domini iusti intrabunt per eam. Cuius corā eo assistentes fratres psallerēt: emissa subito ⁊ producta voce clamauit dicens. Urse veni. Quod mox vt dixit eductus de corpore mortālē vitā finiuit. Mirati sunt fratres: qz hoc qđ moriēs frater clamauerat ignorabant. Quo defuncto in monasterio facta est magna tristitia. Quarto autem die quiddam fratribus necessariū fuit vt ad monasterium aliud positum longe transmitterent. Illuc ergo eūtes fratres omnes eiusdem monasterij monachos: tristes vehementer inuenerūt. Quibus cum dicerent: quid habetis qđ vos in tanto merore depromitis: Respōderunt dicentes. Loci huius desolatione gemūmus: qz vnus frater cuius nos vita in hoc monasterio continebat: hodie quartus est dies qđ ex hac luce substractus est. Cuius fratres qui venerāt studiose inq̄rent qualiter dictus fuisset: respōderunt vsus. Qui vocationis eius horam subtiliter inquirentes: ipso eum momento cognouerunt exiisse de corpore: quo per iohannem qui apud eos defunctus est fuerat vocatus. Qua ex re colligitur: qz vtrozumq; par fuerat meriti: eisq; datum est vt in vna mansione socialiter vīuerēt: quibus ex corpore cōtiguit socialiter exire. ¶ Sed neq; hoc sileā quod dū adhuc laicus vsuerē atq; in domo mea que mihi in hac vībe ex iure patris obuenerat manerem: de quibusdam vicinis meis me contigit agnouisse. Quedā nāq; iuxta me vidua galla dicebat: hec emorphium nose inuenē filiū habebat: a quo nō lōge qđā stephanus qui alio nose optio dictus fuit habitabat. Sed idē emorphius ad extrema vite veniēs vocauit puerum suū: eisq; precepit dicēs. Vade ⁊ dic stephano optioni vt cōcitus veniat: qz ecce nauis parata est: vt ad siciliam duci debeamus. Cūq; hūc puer infantre crederet ⁊ obedire recusaret: cepit ille vehemēter innuere dicens. Vade et nūcia illi quod dico: qz nō infansio. Egressus est puer vt ad stephanū pgeret. Cūq; in mediū iter venisset: ei ali⁹ qđā obui⁹ fact⁹ ē: qđ hūc requisit dicēs. Quo vadis? Cui rēdit. Ad stephanū optionē a dño meo missus sum. Atq; illi p̄tinus dixit. Ab eo venio sed ante me hac hora defunctus est. Reuersus v̄o est puer ad emorphiū dñm suū: s; iam eū mortuū inuenit. Sicq; factū est vt dū alter obui⁹ venit: ⁊ ex

Nota de stephano et emorphio.

## Liber quartus. Fo. lxxxj.

medio itinere puer reuersus est: ex mensura spacij potuisset colligi q̄ vno momēto vtriq̄ fuerāt vocati. Petrus.

**T**erribile est valde quod dicitur: s̄ queso te cur egrediēti anime nauis apparuit: vel cur se ad siciliam duci moriturus predixit? Gregorius.

**A**nima vehiculo nō eget: sed mirum nō est si adhuc hominī in corpore posito illud apparuit q̄d p̄ corpus assueuerat videre: vt p̄ hoc intelligi daret quō ei⁹ a se spūaliter duci potuisset: q̄ nō se ad siciliā duci testatus est q̄d sentiri aliud pōt nisi q̄ p̄ ceteris locis in ei⁹ terre insulis eructate igne tormētōz olle patuerūt: q̄ vt solēt narrare q̄ nouerūt laxatis quotidie finib⁹ excrescūt vt mūdi termino appropinquate quāto certū est illuc amplius erudentos colligi: tanto ⁊ eadē tormētōz loca amplius videant apparere. Quod omnipotēs de⁹ ad correctionē viuētū in hoc mūdo voluit ostēdi: vt mētes infidelitū q̄ inferni tormēta esse nō credūt: tormētōz loca videāt q̄ audita credere recusant. Quis nō siue electi: siue reprobi cuius cōmunis causa in ope fuerit: in loca etiā cōmunia deducāt vitatis nobis s̄ba satisfacerent: si etiā exēpla deessent. Ipsa quippe p̄pter electos in euāgelio dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si em̄ dispar retributio in illa beatitudine eterna nō esset: vna potius mansio q̄ multe essent. Multe ergo mansiones sunt in quibus ⁊ distincti bonoz ordines sunt p̄pter meritōz cōfortiā cōmuniter letentur: ⁊ tñ vnū denarium omnes laborantes accipiunt qui in multis mansionibus distinguunt: quia vt vna est beatitudo quam illic percipiunt: ⁊ dispar retributionis qualitas quā per opera diuersa consequūtur. Que nimirū varietas iudicij sui diem denūciās ait. Tūc dicā messoribus: colligite zizantiā ⁊ ligate eā in fasciculis ad cōburēdū. Messores quippe angeli zizantiā ad cōburēdū in fasciculis ligāt: cū pares parib⁹ in tormentis sibi sociāt: vt supbi cū supbis: luxuriosi cū luxuriosis: auari cū auaris: fallaces cū fallacib⁹: inuidi cū inuidis: infideles cū infidelibus ardeant. Cū ergo similes in culpa ad tormenta similia deducantur: quia eos in locis penalis bus angeli deputant: quasi zizantiarum fasciculos ad cōburēdū.

Nota.

Joḥā. xiiij.

Math. xiiij.  
Nota.

# Dialogi beati Gregorij.

burendum ligant.

Petrus.

**A**d inquisitionē meā rñsionis satisfactio patuit cā rōs  
nis: s; quidā est q̄so te q̄ nōnulli q̄si p̄ errorē extra  
hūntur e corpore: ita vt sacri exanimes redeat: ⁊ eoz q̄sq̄  
audisse se dicat: qz ip̄e nō fuerit q̄ erat iussus deduci.

## Capitulum xxxvi. De his qui

q̄si p̄ errorē educi vident e corpore: ⁊ de vocatione ⁊ reuocac  
tione Petri monachi: ⁊ de morte ⁊ resuscitacione Stephani: ac  
de visioe cuiusdā militis: ⁊ de deus: ledit: cui⁹ dom⁹ sabba  
to visa est edificare: ⁊ de pena sodomoz. Gregorius.

**H**oc cū sit petre si bñ pp̄dī nō error: s; admo  
nitio ē. Supna est pietas ex magna mie sue  
largitate disponit vt nōnulli etiā post exitum  
ad corpus redeat: ⁊ tormēta inferni q̄ audita  
nō crediderāt saltē visa p̄timeſcant. Nā qdā  
illician⁹ monachus q̄ in hac vrbe in monasterio mecu vīue  
bat mihi narrare cōsueuerat: qz quodā tpe cū adhuc in he  
remo moraret agnouerit: qz petrus qdā monachus ex re  
gione ortus hiberie: q̄ ei in loco vaste solitudinis cui euasa  
nomē est inherebat: sicut ip̄o narrāte didicerat: vziūq̄ he  
remū peteret molestia corporis interueniēte defanc⁹ est:  
s; prin⁹ corpori restitut⁹ inferni se supplicia atq; innumera  
loca flāmarū vidisse testat. Qui etiā quosdā huius seculi  
potētes in eisdē flāmis suspēsos se vidisse narrabat. Qui  
cū iam duct⁹ esset vt in illas ⁊ ip̄e mergeret: subito angelū  
chousci habitus apparuisse fatēbat: q̄ eum in ignē mergi  
phiberet. Cui etiā dixit. Regredere: ⁊ qualiter tibi post  
hoc viuēdū sit cautissime attēde: postq̄ vocē paulatim res  
calescētibus mēbris ab eterne mortis somno euigilās cūcta  
q̄ circa illū fuerāt gesta narrauit: tātisq; se postmodū ieiū  
nūs vigilijsq; cōstrinxit vt inferni eum vidisse: ⁊ p̄mississe  
tormēta (⁊ iam si taceret lingua) cōuersatio loqueret. Quip  
pe cui omnipotētis dei mira largitate in morte actū est ne  
mori debuisset. S; qz humanum cor grauis valde duricie  
esse solet: ita vt ipse quoq; penarum ostensionem que om  
nibus vtilis est contemnat. Nam illustris vir Stephanus

## Liber quartus. Fo. lxxij.

(quem bene nosti) de semetipso mihi narrare consueuerat: quia in constantinopolitana vrbē pro quadam causa demoratus molestia corporis defunctus est. Cuius medicus atque pigmetarius ad aperiedū eum atque condiendū esset quēlibet die eodem minime inuentus: subsequēte nocte corpus iacuit inhumatus. Qui ductus ad inferni loca: vidit multa que prius audita non credidit. Sed cum presidenti iudicio presentatus fuisset: ab eo receptus non est ita vt diceret. Non hunc adduci: sed stephanum ferrarium iussi. Qui statim reductus in corpore est: et stephanus ferrarius quē iuxta eum habitabat: eadem hora defunctus est. Sicque probatum est vera fuisse verba que audierat: dum hec effectus mortis stephani demonstrauit. Ante triennium quoque in hac pestulencia que hanc vrbem clade vehementissima depopulauit: in qua etiam corporali visu sagitte celitus venire: et singulos quosque ferire videbatur: sicut nosti stephanus idē defunctus est. Quidam vero miles in hac eadē vrbē nra percussus: ad extrema peruenit. Qui eductus e corpore ex animis iacuit: sed citius rediit: et quē cum eo fuerant gesta narrauit. Aiebat enim (sicut tūc res eadē etiā multis innotuit) quia pōs erat: sub quo niger atque caliginosus fetoris intolerabilis nebulā exalās fluminis decurrebat. Trāfacto autē ponte amena erant prata atque virentia: odoriferis herbaz florib⁹ exornata: in quibus albatōz hoīm cōuenticula esse videbatur. Tantusque in eodē loco odor suauitatis inerat vt ipsa suauitatis fragrantia illic deambulantes: habitantesque satiare. Ibi mansiones erant diuersoz: singule magnitudine lucis plene. Ibi quedam mire potentie edificabatur domus: que aureis videbatur laterculis cōstrui: sed cuius esset non potuit agnosci. Erant vero super ripā predicti fluminis nonnulla habitacula: sed alia exurgens fetoris nebula tangebatur: alia autem exurgens fetor a flumine minime tangebatur. hec vero erat in predicto pōte probatio: vt quisquis per eum vellet iniustus transire: in tenetibus fetentemque fluum laberetur. Iusti vero quibus culpa non obsisteret: securo per eum gressu ac libero ad loca amena peruenirent. Ibi se etiam petrum ecclesiasticę familie maiorem: qui ante quadriennium est defunctus

Stephanus  
quidam penas  
inferni vidit.

Miles quidam  
acheronta et  
elyios campos  
vidit.

## Dialogi beati Gregorij.

deorsum positum in locis deterrimis: magno ferri pondere ligatum ac depressum: vidisse confessus est. Qui dū resquireret cur ita esset: ea se dixit audisse que nos qui eū in ecclesiastica domo nouimus: scientes eius acta recolimus. Namq; dictum est. hec idcirco paritur: quia si quid ei p facienda vltione videbatur ad inferendas plagas: plus ex crudelitatis desiderio q̄ obedientie seruiebat: qd̄ sic fuisse nullus qui illum nouerat ignorat. Ibi se etiam quendam peregrinum presbyterum vidisse fatebatur: qui ad predictum pontem veniens tanta per eum auctoritate transijt: quāta & hic sinceritate vixit. In eodem quoq; ponte hunc quē predictimus stephanū se cognouisse testatus est. Qui dū trāsire voluisset: eius pes lapsus est: & ex medio corpore iam extra pontem deiectus a quibusdam deterrimis viris ex flumine surgentibus per coram deorsum: atq; a quibusdā abbatib; & speciosissimis viris cepit p brachia sursum trahi. Cūq; hoc luctamē eēt vt hunc boni spūs sursum mali deorsum traherent: ipse qui hec videbat ad corpus reuersus est: & quid de eo plen; gestū sit: minime cognouit. Quis in re de eiusdem stephani vita datur intelligi: quia in eo mala carnis cum elemosynarū operatione certabāt: Qui em̄ per coras deorsum per brachia trahēbat sursum: patet nimirū qz & elemosynas amauerat: & carnis vitis p secte nō resistebat: q̄ eum deorsum trahēbant. Sed in illo occulto arbitris exanime quid in eo vicerit & nos & eū qui vidit & reuocatus est latet. Constat tñ quia idem stephanus postq̄ sicut superius narrari & infera loca vidit: & ad corpus redijt: p̄fecte vitā minime correxit: qui post multos annos de corpore adhuc in certamine vite & mortis exijt. Quis de re colligitur: quia ipsa quoq; inferni supplicia eū demonstrātur alijs hoc in adiutorij: alijs vero in testimonium fiat: vt isti videant mala q̄ caueant: illi vero eo amplius puniātur: quoniam inferni supplicia nec visa & cognita vitare voluerunt.

Petrus.

**Q**uid est hoc queso te q̄ in amenis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari videbatur: Reticulum est valde si credimus q̄ in illa vita adhuc metallis tas

Nota certamen.

Nota.

# Liber quartus. Fo. lxxxiiij.

libus egeamus.

Gregorius.

**Q**uis hoc si sanus sapit intelligat: s; p hoc qd illic ostensum est quisquis ille est cui manio ita construebat: aperte dat intelligi quid est qd hic operat. Na quomodo premia eterne lucis elemosynaru largitate pmerebitur: nimiru costat: qz auro edificat mansione sua. Quod em superrius memoriã fugit vt dicerẽ: idem miles qui hec viderat narrabat qz eosdẽ laterculos aureos ad edificationẽ domus senes ac iuvenes puelle ⁊ pueri ferebant. Qua ex re colligit: qz hi quib; hec pietas facta est: ipsi illic opatores esse videbatur. Sic etiã quidã iuxta nos deusdedit noie religiosus habitabat q calciamenta solebat operari: de quo alter per reuelationẽ vidit q eius domus edificabat: sed in ea constructores sui solo die sabbati videbatur operari. Qui eiusdẽ viri postmodũ subtiliter vitam requirẽs: inuenit qz ex his que diebus singulis laborabat: quicquid ex victu atqz vestitu superesse potuisset: die sabbato ad beati petri ecclesiã dẽferre consueuerat: atqz indigentibus erogare. Qua ex re perpende: quia nõ imerito domus ipsius fabrica sabbato crescebat.

Deus dedit  
suaz domum  
sabbato tm̃  
edificabat.

Petrus.

**H**ac re mihi idonee video satisfactũ: s; q̃so te: qd esse dicimus qz quorũdam habitacula fetoris nebula tãgebantur quorũdam vero tangi non poterant: vel qz pontem quid est qz fluiuium vidit?

Gregorius.

**E**x rerũ petre imaginib; pensant merita causarum. Per pontem quippe ad amena loca transire iustos asperit: qz angusta valde est semita q ducit ad vitã. Et fetore fluiuiũ decurrẽtẽ vidit: qz ad ima defluit quotidie carnalũ hic putredo vitioꝝ. Et quorũdã habitacula fetoris nebula tãgebat: ⁊ quorũdã nõ ab eo tãgi non poterãt: qz sunt pleriqz qui in ista iam bona opa faciunt: sed tñ adhuc carnalibus vitijs in cogitationis delectatione tãguntur: et istũ valde est vt illic nebula fetoris obsideat quos hic adhuc carnis fetor delectat. Unde ⁊ eandẽ delectatione carnis esse beatus Job in fetore cõspiciẽs de luxurioso ac lubrico sniam ptulit dicẽs. Dulcedo illi; vermes. Qui aut pfecte cor ab omni delectatione carnis excutunt: cõstat nuni

Nota.

Matth. viij. b

Job. xxiiiij.

l. iij.

## Dialogi beati Gregorij.

rum quia eorū habitacula fetoris nebula nō tanguntur.  
**E**t notādum q̄ idem fetor esse ⁊ nebula visa sūt: q̄ nimis  
rū carnalis delectatio mentem quā inficit obscurat: vt ve  
ri luminis claritatem non videat: sed vnde delectatur infe  
rius: inde caliginem supernam pariatur. Petrus.

**P**etram ne hoc auctoritate sacri eloquij posse mō  
strari: vt culpe carnaliū: fetoris pena puniāt: Gre.

Gen. xix.

**P**otesť. Nāq; libro geneſeos attestāte didicimus: q̄  
sup sodomitas dñs ignem ⁊ sulphur pluit: vt eos ⁊  
ignis incenderet: ⁊ fetor sulphuris necaret. Quia em̄ amo  
re illicito corruptibilis carnis arserant: simul incendio ⁊ fe  
tore perierūt: quatenus imperia sua cognoscerēt q̄ eterne  
morti fetoris sui delectatione tradidissent. Petrus.

**D**e his quibus dubius fui: nihil mihi fateor questio  
nis remansisse.

### Capitulum xxxvij. Quod quorundam anime adhuc in corpore posite penale aliquid de spūalibus vident. Et de Theodoro puero.

**S**ciēdum quoq; est: quia nōnumq; anime ad  
huc in suis corporibus posite penale aliquid  
de spūalibus vident: quod tamen quibusdā  
ad edificationem suam: quibusdā vero cōtin  
gere ad edificationē audiētū solet. Nā is de

Theodorus  
puer parvus

quo in homelijs corā pplō me narrasse iam memini inque  
tus valde Theodorus noie puer fuit: qui in monasterium  
meū fratrem suū necessitate magis q̄ voluntate securo est.  
Cui nimisū gravis erat si quis p salute sua aliquid loque  
retur. Bona enim non solum facere sed etiam audire nō po  
terat: nunq; se ad sancte conuersationis habitum venire  
iurando: irascendo: deridendo testabatur. In hac aut pestilē  
tia que nuper huius vrbis populū magna ex parte cōsum  
psit: percussus in iugine est perductus ad mortem. Cūq;  
extremum spiritū ageret: cōuenerunt fratres vt egressum  
illius orādo pregerēt. Jam corpus eius ab extrema parte  
erat preinortuū: in solo tantum pectore vitalis adhuc calor  
anhelabat. Cūcti aut fratres tāto pro eo ceperunt orare:



## Liber quartus. Fo. lxxxiii.

quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Tunc repente cepit eis em fratribus assistentibus clamare: et cum magnis vocibus orationes interrumpere: dicens. Recedite! recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus sum: qui propter vestram presentiam deuorare me non potest. Caput meum iam in suo ore absorbit: date locum ut non me amplius cruciet: sed faciat quod facturum est. Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere. Quid est quod loqueris frater: signum tibi sancte crucis imprime. Respondit eis ille dicens. Volo me signare sed non possum: quia squamis huius draconis premo-  
mor. Cumque hoc fratres audirent: prostrati in terram cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius vehementius orare: et ecce subito cepit eger clamare: dicens. Gratias deo: ecce draco qui me ad deuorandum acceperat fugit: oratio vobis vestris expulsus stare non potuit: pro peccatis modo intercedite: quia conuerti paratus sum: et seculari vitam suam dimittere relinque. homo ergo qui sicut iam dictum est ab extrema corporis parte fuerat premoitus reseruatus ad vitam toto corde ad deum conuersus est. Et postquam mutatus mente diu est flagellis attritus: et tunc eius anima carne soluta est.

Theodori  
conuersio.

## Capitulum xxxviii. De morte

Crizozij et monachi cuiusdam yconie.

**A** contra Crizozius (sicut probus propinquus illius cuius iam superius memoriam feci) narra-  
re consuevit: vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantum plenus vitijs: quantum rebus: superbia tumidus: carnis sue voluptatibus subditus: in acquirendis rebus auaricie facibus accensus. Sed cum tot malis dominus sine ponere decreuisset: corporale hunc molestia percussit. Qui ad extremum veniens eadem hora qua iam de corpore erat exiturus: apertis oculis vidit terribilissimos viros et nigerrimos spiritus coram se assistere: et vehementer imminere: ut ad inferni claustra eum raperent. Cepit tremere: pallescere: sudare: et magnis vocibus iudicium petere: filium suum maximum quem ipse iam mo-

Crizozij  
tiosus homo.

## Dialogi beati Gregorij.

nachus monachum vidit: nimis turbatus vocibus vocare: dicens. Maxime curre. Nunquā tibi mali aliquid feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox maximus affuit: luscus ac perstrepens familia cōuenit. eos autē quos ille insistentes sibi grauitē tolerabat: ipsi malignos spūs videre nō poterāt: sed eorum presentiam in cōfusione / 7 pallore / 7 tremore illius qui trahebāt videbāt. Pauore autē terre eorū imaginis huc illucq; vertebāt: in lectulo iacebat: in sinistro latere a spectum eorū ferre non poterat: vertebatur ad parietem: ibiq; aderāt. Cūq; cōstrictus nimis relaxari se iam posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel vsq; mane: inducias vel vsq; mane. Sed cum hec clamaret: in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirū cōstat: quia pro nobis ista nō p se viderit: vt eius visio nobis pficiat: quos adhuc diuina patientia longanimitē expectat. Nam illi tetros spūs an mortem vidisse / 7 inducias petisse quid profuit qui easdē inducias quas petijt nō accepit. Est etiam nūc apud nos Athanasius ex ysauria presbyter: qui in diebus suis yconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi nāq; (vt ait) quoddā monasteriū. Thongolaton dicitur: in quo quidam monachus magne estimatiōis habebat: bonis quippe cernebat moribus: atq; in omni sua actione cōpositus. Sed sicut ex fine res patuit: longe aliter q̄ apparebat fuit. Nā cum ieiunare se cum fratribus demonstraret: occulte manducare cōsueuerat: quod eius vitium fratres omnino nesciebāt. Sed corporis superueniēte molestia ad vite extrema perductus est. Qui cum iam esset in fine: fratres ad se oēs qui monasterio ierant congregari fecit. At illi a tali (vt putabant) viro moriente magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus / 7 tremens comipulsus est prodere cui hosti traditus cogebat exire. Nam dixit. Quando me vobiscum credebatis ieiunare: occulte comedebam: / 7 ecce nunc ad deuorandum draconi traditū sum: qui cauda sua mea genua / pedesq; colligauit: caput suū intra meum os mittens: spiritū meū ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est: atq; vt penitēdo liberari potuisset: a dracone quem viderat expectat⁹ non est.

Nota.

## Liber quartus. Fo. lxxxv.

Quod nimirum constat: quia ad solam utilitatem audientium viderit: qui eum hostem cui traditus fuerat: et innocuit et non evasit.

Petrus.

**D**oceri vellem: si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

### Capitulum. xxxix. An post mortem purgatorius ignis sit.

Gregorius.

**I**n euangelio dicit dominus. Ambulate dum lucem habetis. per prophetam quoque ait. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuuante. Quod paulus apostolus et proponens. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait. Quodcumque potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec scientia: nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. David quoque ait. Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententiarum constat: quod qualis hinc quisque egreditur: talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam lenibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est pro eo quod veritas dicit. Quia si quis in sancto spiritu blasphemiam dixerit: neque in hoc seculo remittetur ei: neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam vero in futuro posse laxari: quo d enim de vno negatur: consequens intellectus patet: quod de quibusdam conceditur. Si tamen (ut predicti) hoc de paruis: minimisque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assidue ociosus sermo: immoderatus risus: vel peccatum cure rei familiaris: quod vix sine culpa: vel ab ipsis agit: quod a culpa qualiter declinare debeant sentitur: aut non in grauibus rebus error ignorantie quod cuncta etiam post mortem grauat: si adhuc in hac vita positus minime fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat christum esse fundamentum: atque subiungat. Si quis superedificauerit super hoc fundamentum aurum: argentum: lapides preciosos: ligna: fenum: stipulam: vniuscuiusque opus quale sit: ignis probabit: si cuius opus manserit: quod superedificauit mercedem accipiet: si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse autem

Johan. xij.

Esai. xlix.

ij. Cor. vi.  
Eccli. ix.

ps. cxxxvij.

Matth. xij.

i. Cor. iij.

## Dialogi beati Gregorij.

saluus erit sic tñ quasi per ignem quibus hoc igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi tñ si quis hoc de igne future purgationis accipiat pensandū sollicitus est: quia illi p ignē dixit posse saluari: non q̄ sup hoc fundamentum ferrum/ es/ vel plūbū edificat. i. pctā maiora. ⁊ t̄circo duriora: atq; tunc iam insolubilia. Sed lignū: fenū: stipulā. i. pctā minuta atq; leuissima q̄ ignis facile cōsumat hoc tñ sciēdum est: quia illic saltem de minimis nihil q̄sq; purgationis obtinebit: nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus vt illic obtineat/ promereatur.

Nota.

### Capitulum. lx. De anima Pascaſij dyaconi.

**N**am cum adhuc essem iuenculus. atq; in laico habitu constitutus narrari a maioribus atq; sciētibus audiui: q̄ pascaſius huius apostolice sedis dyaconus: cuius apud nos rectissimi: ⁊ luculenti de sancto spiritu libri extant. mire sanctitatis vir fuerit emolynarum maxime operibus vacans cultor pauperum contemptor sui. Sed hic in ea contentione que in ardescente zelo fidelium inter simachum atq; laurentium facta ad pontificatus laurentium elegit ⁊ omnium post vnanimitate superatus: in sus tamen sententia vsq; ad diem sui exitus perstitit illum amando atq; proferendo quem episcoporum iudicio preesse sibi ecclesia refutauit. hic itaq; cum temporibus simachi apostolice sedis presulis esset defunctus: eius dalmaticam feretro superpositam demoniacus tetigit: statimq; sanatus est. post multū vero tēpus germano capuano ep̄o (cuius superius memoriam feci) medici pro corporis salute dictauerant: vt in angularibus terminis lauari debuisset. Qui ingressus eas adde terminas predictum pascaſium dyaconum stantē ⁊ obsequētem in caloribus inuenit. Quo viso vehemēter extimuit: ⁊ quid illic tantus vir faceret inquisiuit. Cui respondit. pro nulla alia causa in hoc penali loco deputatus sum: nisi q̄ in parte laurentij contra simachum sensi. Sed queso te pro me dominum deprecare atq; in hoc cognosces q̄ exaudietur.

Pascaſij  
laus.

Demoniacus  
sanatus.

Pascaſij error.

## Liber quartus. Fo. lxxxvi.

filii si huc rediens me non inuenieris. Qua de re vir domini germanus se in precibus strinxit: et post paucos dies rediit: sed iam dictum pascasium in loco eodem minime inuenit quia enim non malicie: sed ignorantie errore peccauerat: purgari post mortem a peccato potuit. Quod tamen credendum est: quia ex illa elemosynarum suarum largita te hoc obtinuit: ut tunc posset promereri veniam cum iam nil posset operari.

Petrus.

**Q**uid hoc est queso te quod in his extremis temporibus tam multa de animalibus clarescunt quam ante latuerunt: ita ut apertis reuelationibus atque ostensionibus veterum seculorum inferre se nobis atque aperire videatur.

**Capitulum. xli. Cur in extremis temporibus tam multa de animalibus clarescunt que antea latuerunt.**

Gregorius.

**I**ta est. nam quoniam presens seculum propinquat ad finem tantum futurum seculum ipsa iam quasi propinquitate tangitur et ex signis manifestioribus aperitur. Quia enim in hoc cogitationes nostras vicissim minime videmus in illo autem nostra in alterutrum corda conspiciamus. Quid hoc seculum nisi noctem: et quid futurum nisi diem dixerimus? Sed quemadmodum cum nox finiri et dies incipit oriri ante solis ortum simul aliquomodo tenebre cum luce commixte sunt: quousque discedentis noctis reliquie in lucem diei subsequenter perfecte vertantur. Ita huius mundi finis iam cum futuri seculi exordio permiscetur: atque in se reliquiarum eius tenebre quadam iam rerum spiritualium permutatione translucent et que illius mundi sunt multa iam certimus. Sed nec dum perfecte cognoscimus quia quasi in quodam mentis crepusculo hec velut ante solem videmus.

Petrus.

**P**lacet quod dicis sed de tanto viro pascasio hoc animam ad inquisitionem mouet quod post mortem ad penalem locum ductus est cuius feretri vestis tangi potuit et malignus spiritus ab obsessio homine fugari.

Gregorius.

Nota.

## Dialogi beati Gregorij.

pascasi<sup>9</sup> quō  
miraculū fe-  
cerit.

**H**ac in re magna debet omnipotētis dei dispēsatio: quā  
quā sit multiplex agnosci. Cui<sup>9</sup> iudicio actum est: ut  
idem vir pascasius: & ipse intus aliquāto tēpore reciperet  
peccasset: & tūc an̄ humanos oculos mira p̄ corpus suū poss  
mortem faceret: qui ante meritū eis quoq; cognoscētib<sup>9</sup>  
pia opera fecerit: ut neq; hi qui bona ei<sup>9</sup> videant de ele  
mosynarū illius estimatione fallerētur: neq; ipsa sine vltio  
ne laxaretur culpa: quā nec esse culpam credidit & idcirco  
hanc fletibus non extinxit. Petrus.

**P**erpendo quā dicis. verū tū hac ratione cōstrict<sup>9</sup>: non  
solū quā intelligo: sed etiā ipā quā in me non intelligo co  
sor iam peccata formidare: sed queso te: quia paulo super i<sup>9</sup>  
fermo de locis penalibus, inferni versabat: ubi nō esse infer  
nū putam<sup>9</sup> sup̄ hāc terrā: an subter hāc terra eē credēd<sup>9</sup> eē?

**Capitulū. xliij. Ubi esse in-**  
fernus credendus sit. Gregorius.

**H**ac de re temere diffinire nō audeo. Nōnulli  
nāq; quadā terrarū parte infernum esse puta  
verunt. Alij vero hūc sub terra esse estimant.  
Sed tū hoc animū pulsat: quia si idcirco infernū  
dicimus: quia infernus iacet: quod terra a ce  
lo est hoc esse debet infernus a terra. Unde & fortasse per  
psalmistā dicitur. Liberasti animā meā ex inferno in: serio  
ri: ut infernus superior in terra: infernus vero inferior sub  
terra esse videntur. Et iohānis vox in estimatione ista co  
cordat: qui cū signatū librū septem sigillis vidisse se dice  
ret: quia nemo inuentus est dignus neq; in celo: neq; in terra:  
neq; subter terrā aperire librum & soluere signacula eius:  
adiunxit. Et ego flebā multū. Quē tū librū postea per leo  
nem de tribu iuda: dicit aperiri. In quo videlicet libro quōd  
aliud q̄ sacra scriptura signat: quē solus redemptor noster  
aperuit qui homo factus: moriēdo: resurgēdo: ascēdēdo:  
cūcta mysteria quā in eo fuerāt clausa patefecit. Et nullus in  
celo: quia neq; angelus: nullus in terra: quia neq; hō viuens in  
corpore nullus subter terram dignus inuentus est: quia neq;  
sine corpore erunt aperire nobis preter dñm sacri eloquij

psal. lxxxv.

Apocaf. v.

## Liber quartus. Fo. lxxxvij.

secreta potuerit. Cū ergo ad aperiendū librū null<sup>9</sup> sub terra inuērus est dign<sup>9</sup> dicat: quid obstat nō video nisi vt sub terra infernus esse credatur. *Petrus.* Infernus sub terra esse creditur.

**Q**ueso te. Unus esse gehenne ignis credendus est: an quāta peccatorū diuersitas fuerit tāta quoq; estimāda sunt & ipsa incendia esse preparata.

### Capitulū. xliij. Utrū vnus

gehenne ignis sit: an diuersi? *Gregorius.*

**U**nus quidē est gehenne ignis: sed nō vnomo do omnes cruciat pctōres. Vniuscuiusq; etem quāntū exigit culpa: tanta illic sentiet pena. Nam sicut in hoc mūdo sub vno sole multi cōsistūt: nec tamen eisdē solis ardorē equaliter sentiūt: quia alius plus estuat: atq; alius minus ita illic in vno igne nō vnus est modus incendiū: quia quod hic diuersitas corporum: hoc illic agit diuersitas peccatorum: vt et ignem non dissimilem habeant: & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. *Petrus.*

Un<sup>9</sup> ignis est eterne pene.

**Q**uid non queso te: dicim<sup>9</sup> eos qui semel illic mer si fuerint semper arduros?

### Capitulus. xliiij. Si semp

ardeant qui gehenne incendijs deputātur. *Gregorius.*

**A**onstat nimirū & incūctāter verū est qd sicut finis nō est gaudio bonorū: ita finis non erit tormento malorū. Nam cum veritas dicat. Ibiunt impū in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam: qd verū est qd pmissit: falsum pculdubio nō erit qd minat<sup>9</sup> est deus. *Petrus.*

Mattij. xxv.

**Q**uid si qd dicat. Idcirco peccatib<sup>9</sup> eternā penā minatus est: vt eos a pctōz ppetratōe cōpesceret. *Greg.*

**S**i falsum est qd minat<sup>9</sup> est: vt ab iniusticia corrigeret etiā falsa est pollicit<sup>9</sup> vt ad iusticiā puocaret. S; qd hoc dicere vel insan<sup>9</sup> presumat. Et si minat<sup>9</sup> est qd nō erat impletur<sup>9</sup> dū asserere eū misericordē volum<sup>9</sup>: fallacē qd dici nephās est predicare cōpellimur. *Petrus.*

## Dialogi beati Gregorij.

**S**ire velim quomodo iustum sit vt culpa que cū fine  
ppetrata est. sine fine puniatur. **Gregorius.**

**H**oc recte dicit. Si districtus iudex non corda homi-  
num: sed facta pensaret. Iniqui em̄ ideo cum fine de-  
liquerūt: qz cum fine vixerunt. Nam voluissent vtiqz si pos-  
tuissent sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare.  
Ostendunt em̄ qz in peccato semp viuere cupiunt: q̄ nūq̄  
desinūt peccare dū vīūt. Ad magnā ergo iusticiā iudicā-  
tis pertinet: vt nūq̄ careāt supplicio qui in hac vita nūq̄  
voluerunt carere peccata. **Petrus.**

**S**i nullus iustus crudelitate pascit: ⁊ delinquēs seru-  
a iusto dño iccirco cedi precipit: vt a nequicia corrip-  
gatur. Ad hoc ergo vapulat: vt emendari debeat. Iniqui  
autem gehenne ignibus traditi si ad correctionem nō per-  
ueniunt quo sine semper ardebunt: **Gregorius.**

*Nota.*  
Cur mali et  
naliter puniā-  
tur.

**O**mnipotēs deus: quia pius est: miseroꝝ cruciatu nō  
pascitur: quia vero iustus est: ab iniquoꝝ vltione  
in perpetuū nō sedat. Sed iniqui oēs eterno supplicio des-  
putati sua quidē iniquitate puniūtur: ⁊ tñ ad aliquid arde-  
bunt: scz vt iusti oēs ⁊ in deo videant gaudia q̄ percipiūt:  
⁊ in illis respiciāt supplicia q̄ euaserūt: q̄ ten⁹ tātomagis in  
eternū grē diuine debitores se eē cognoscāt quāto in eter-  
nū mala puniri cōspiciūt q̄ eius adiutorio vicerūt. **Petr⁹.**

**E**t vbi est q̄ sancti cum inimicis suis quos tunc arde-  
re vident non orabunt: quibus vtiqz dictum est. Pro  
inimicis vestris orate. **Gregorius.**

*Sancti cur p  
dānatis non  
orant.*

**P**ro inimicis suis orant eo tēpore quo possunt ad fru-  
ctuosam penitentiam eoz corda cōvertere: atqz ip̄a  
cōuersione saluare. Quid em̄ aliud p inimicis orādū est:  
si hoc qd̄ ap̄ls ait. Ut de illis deus penitētiā ad cognoscē-  
dum veritatē: ⁊ respiciant a dyaboli laqueis a quo capti  
tenent ad ipsi⁹ volūtātē. Et quō p illis tūc orabūt q̄ iam  
nullaten⁹ possunt ad iusticie opa ab iniquitate cōmutari.  
Eadē itaqz cā est cur nō oret tūc p hoib⁹ igni eterno dāna-  
tis q̄ nunc etiā causa est: vt nō pro dyabolo angelisqz eius  
eterno supplicio deputatis. Que nunc etiam causa vt non  
orent sancti homines pro hominibus infidelibus: impisqz



## **Liber quatus. fo. lxxxviii.**

defunctis. quia pro eis vtiq; quos eterne deputatos supplicio iam nouerunt: ante illum in iudicis iusti conspectum orationis sue meritum cessari refugunt. Quod si nunc quoz q; viuentes iusti mortuis: damnatis: iniustis: minime communiuntur quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi nouerunt. Quanto enim distinctius tunc iniquorum tormenta respiciunt: tanto ab omni vicio corruptionis exuti ipsi iam iustitie vicinius atq; arctius inherunt. Sic quippe eozū mētes per hoc quod iustissimo iudici inherent: vis distractionis absorbet: vt omnino eis non liceat: q; cōd ab illius eterne regule subtilitate discordat.

Petrus

**N**on est iā q; responderedebeā aperte ratiōi. S; hec nunc questio mentē mouet quo modo anima immortalis dicitur dū cōstat q; i perpetuo igne moriatur

**C**api. xlv. Quomodo anima immortalis dicitur si constat q; mortis damnatione puniatur.

Gregorius.

**Q**uia duobus modis vita dicitur: duobus etiam modis mors debet intelligi. Aliud namq; est q; in deo viuimus. Aliud vero q; in hoc q; conditi vel creati sumus. Item aliud est beate viuere: atq; aliud essentialit. Anima itaq; mortalis esse intelligitur: et immortalis. Mortalis quippe: q; beate viuere amittit. Immortalis autē: quia essentialiter viuere nunq; desinit: et nature sue vitam perdere nō valet cū in ppetua fuerit morte dānata. Illic ei posita beata eē pdit: et eē nō pdit. Qua ex re cogit sp vt et mortē sine morte: et defectū sine defectu: et finē sine fine patiatu. Quaten⁹ ei et mors immortalis sit: et defect⁹ idēficiēs: et finis infinit⁹. Petr⁹

Ania et mortalis et immortalis est.

**Q**uis hanc tā inexplicabilem dānationis sententiam cuiuslibet sit operis ad exitum veniens non pertimescat: qn̄ et si iam nouit quid egit: et adhuc tamen facta illi q; subtiliter iudicentur ignorat.

**C**api. xlvi. De quodā sancto viro qui veniens ad mortem expauit.

Gregorius

m .i.

## Dialogi beati Gregorij

**U**asseris ita est petre Sed plerūq; de culpis  
minimis ipse solus pauor egredictes animas  
iustorū purgat: sicut quoq; narrari de quodā  
sctō viro me frequenter audisti. Qui ad mor-  
tem veniēs vehementer timuit: sed post mor-  
tem discipulis in stola candida apparuit. etq; preclare sit  
susceptus indicauit

**C**apit. xlviij. **Q**uidam ne  
in morte timeant reuelatione roborantur. Et de Anthonio  
et Merulo et Joanne monachis.

**M**onunq; vero omnipotens deus trepidantius  
mentes quibsdā prius reuelationibus roborat:  
vt in morte mine pertimescāt. Nā quidā me-  
cum in monasterio frater Anthoni<sup>9</sup> nomine vi-  
uebat: q; multis q̄tidianis lachrymis ad gau-  
dia patrie celestis anhelabat. Cūq; studiosissime /z magno  
feruore desiderio sacra: eloq̄a meditare. nō i eis s̄ba sciē-  
tie sed fletū: cōpunctionis inq̄rebat. Quatenus per hec ex-  
altata mens eius inardesceret. et una deserens ad regionē  
celestis patrie per cōtēplationē volaret. huic per visionem  
nocturnā dictum est. Paratus esto: q; dominus iussit migra-  
re te. Cūq; ille nō habere sūpt<sup>9</sup> ad migrādū diceret respō-  
sum. p̄tinus audiuit dicens. Si de peccatis unis agit dimis-  
sa sunt. Qd̄ cum semel audisset: et magno ad huc metu tre-  
pidaret: nocte quoq; alia eisdē s̄bis est admonitus. Tūc p̄-  
quinq; dies febre correptus: cunctis fratribus orantibus: s̄-  
tibusq; defunctus est.

**A**lius ē frater in eodē monasterio. Merul<sup>9</sup> dicebat  
vehementer lachrymis atq; elemolinis intent<sup>9</sup>. p̄sa-  
modia vero ex ore illius vix nullo tēpore cessare cōsue-  
rat: excepto cū aut alimētū corpi / aut mēbra dedisset sopo-  
ri. huic nocturna visione apparuit q; ex albis floribus coro-  
na de celo in caput illius descendebat. **C**ui mor molestia  
corporeis occupat<sup>9</sup> cū magna securitate animi atq; hilarita-  
te defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum. Petrus q; nunc  
monasterio meo preest sibi sepulturam facere post annos  
quattuordecim voluisset: tanta (vt asseritur). de eodem se-

Anthonij vi-  
sio.

Meruli visio  
nocturna.

## Liber quartus. Fo. lxxxix.

pulchro illi<sup>9</sup> fragrantia suauitatis emanauit: ac si illic floris  
omniū fuissent odoramēta congregata. Quis ex re manifeste  
patuit q̄ verum fuit q̄ per nocturnam visionem vidit.

**I**n eodē quoq; monasterio alius quidā Johannes di-  
ctus est: magne indolis adolescens: qui etate suā in-  
tellectu et humilitatis dulcedine et grauitate transigebat. Johannis visio  
huic egrotāti atq; ad extremū deducto: per nocturnā visio-  
nē: ei quidā senex apparuit: et hunc virga tetigit eiq; dixit.  
Surge. Ex hac em̄ molestia modo minime morieris: s; pa-  
rat<sup>9</sup> esto: quia longum tēpus hic factur<sup>9</sup> nō eris. Qui dū iā  
esset a medicis desperatus: repēte sanat<sup>9</sup> est atq; qualuit:  
rē quā viderat narrauit: seq; p̄ biēnum in dei seruicio (sicut  
p̄dixi) ultra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc aut̄ trien-  
nium cū quidam frater fuisset mortuus: atq; eiusdē monas-  
terij cimiterio a nobis sepultus: cunctis nobis ab eodem ci-  
misterio exeuntibus idem Johannes (sicut postmodum pal-  
mus et tremens indicauit) illi nobis discedentib<sup>9</sup> inuentus  
ab eodē fratre qui mortuus fuerat de sepulchro vocat<sup>9</sup> est.  
Quod mox etiam subsequens finis edocuit. Nā post dies  
decem inuasus febribus: carne solutus est. Petrus.

**D**oceri vellem si hoc quod per nocturnas visiones on-  
ditur debeat obseruari.

### Capitulum xlvij. An obseruā

da sint somnia: et quot sunt modi somniorum. Gregorius.

**I**n hoc petre sciendū est: q; sex modis tangunt  
animum imagines somniorum. Aliquando nan-  
q; somnia ventris plenitudine vel inanitate: ali-  
quando vero illusione: aliquando cogitatione  
simul et illusione: aliquando reuelatione: ali-  
quando autem cogitatione simul et reuelatione generan-  
tur. Sed duo que primo diximus omni experimento cogno-  
scimus: subiuncta autem quattuor in sacre scripture pagis  
na reperimus. Somnia enim nisi plerumq; ab occulto ho-  
ste p̄ illusione fierent nequa q̄ hoc vir sapiēs indicaret: di-  
cēs. Multos ei narrare fecerūt somnia et exciderūt sperātes  
in illis. Et itē. Nō auguriabimur: nec obseruabitis som-  
nia. ij.

Somniorum  
sex modi.

Ecclesi. xxxij.  
Leui. xij.

## Dialogi beati Gregorij.

Ecclesia. v.

nis. Quibus profecto verbis cuius sint detestatiōnis ostenditur que augurijs coniunguntur. Rursus. Nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederet: vir sapiens minime dixisset. Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur: ioseph preferendum se fratribus somnio non videret: nec sponsum marie vt ablato puero in egyptum fugeret per somnium angelus admoneret. Rursus: nisi aliquando ex cogitatione simul et reuelatione procederent: nequaquam daniel propheta nabuchodonosor visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens. Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo quod esset futurum: post hoc et qui reuelat mysteria: ostendit tibi que ventura sunt: et paulo post videbas: et ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna et statua sublimis stabat contra te etc. Daniel itaque dum somnium adimplendum reuerenter insinuat: et ex qua ortum sit cogitatione manifestat patenter ostenditur: quia hoc plerumque cogitatione simul et reuelatione generetur. Sed nimis cum somnia tot rerum qualitibus alterentur: tanto eis credi difficilius debet quanto et quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti autem viri inter illusiones atque reuelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt: vt sciant vel quid a bono spiritu percipiant: vel quid ab illusione patiantur. Nam si erga hec mens cauta non fuerit: per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immergit: quia nonnumquam solet multa vera predicare: vt ad extremum valeat animam ex vna aliqua falsitate laqueare.

Nota.

**C**api. xlix. De quodam cui per somnium longa vite spacia premissa sunt: et in breui tempore morte resecata.

Quidam somnio deceptus

**Q**uer nāque nrorum cuiusdam certū est contigisse: qui dum somnia vehementer attenderet ei per somnium longa spacia huius vite promissa sunt. Cuiusque multas pecunias pro longioris vite stipendio collegisset: ita repente defunctus est vt intactas omnes reliqueret: et ipse secum nihil ex bono opere portaret. Petrus

## Liber quartus Fo. xc.

**Q**uis ille sit meminisse: sed queso te: ea que cepimus exequamur. putamus ne animabus aliquis prodesse si mortuorum corpora fuerint in ecclesijs sepulta.

### Capi. i. An prosit animabus si mortuorum corpora in ecclesia fuerint sepulta.

**Q**uæ grauis peccata non deprimunt hoc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur quod eorum primi quotiens ad eadem sacra loca veniunt: suorum quoque sepulchra conspiciunt recordantur: et pro eis domino preces faciunt. Nam quos peccata grauis deprimunt: non ad abolitionem porri quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur. Quod melius ostendere poterim si ea que diebus nostris gesta sunt breuiter enarremus.

### Capi. ii. De quadam scitimo mali emina in ecclesia sancti laurentij sepulta que dimidia apparuit incensa.

**A**fricanaque vite venerabilis felix portuensis episcopus sabinensis puincia ortus atque nutritus est. Qui quandam sanctimoniam femina in loco eodem fuisse testatur: que carnis quidam contentiam habuit: sed lingue proccitatem atque stultiloquium non declinavit. hec igitur defuncta atque in ecclesia sepulta est. Eadem nocte custos eiusdem ecclesie per reuelationem vidit: quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur: et pars una illius igne cremabatur: et pars altera intacta remanebat. Cumque hoc surgens mane fratribus narasset: et locum ostenderet in quo fuerat igne consumpta: ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit: ac si illic eadem femina igne corporis fuisse concremata. Quia ex re aperte datur intelligi: quia hi quibus peccata dimissa non fuerint. ad eundem iudicium sacris locis post mortem non valeant aduenire.

### Capi. iij. De valeriani patricij sepultura.

m. iij.

Sepeliri in ecclesia quibus mortuis prodest.

Montalis femina.

## Dialogi beati Gregorij

De valeria:  
no patricio.

**I**ohannes quoque vir magnificus in hac urbe loci prefectorum seruans: cuius grauitatis atque ueritatis sit nouimus: qui mihi testatus est valerianum patricium in ciuitate que brixia dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem ciuitatis episcopus accepto precio locum in ecclesia prebuit: in quo sepeliri debuisset. Qui uidelicet valerianus usque ad etatem decrepita tam leuis ac lubricus extitit: modumque suis prauitatibus ponere contempsit. Eadem uero nocte qua sepultus est beatus fraustinus martyr: in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum custodi suo apparuit: dicens. Uade et dic episcopo ut proiciat hinc fetentes carnes quas hic posuit: quod si non fecerit: die tricesimo ipse morietur. Quam uisionem custos episcopo si inuit confiteri: et rursus admonitus declinauit. Die autem tricesimo eiusdem ciuitatis episcopus cum uespertina hora sanus atque incolumis ad lectum redisset: subita et inopinata morte defunctus est.

### Capitulum liij. De corpore ualentini ab ecclesia post mortem proiecto.

**A**dest quoque in presenti uenerabilis frater uentius lunensis episcopus: et magnificus liberius uir nobilissimus: atque ueracissimus: qui se scire suosque homines interfuisse testatur ei rei quam narrauit nuper in genuensi urbe contigisse. Ibi namque ut dicunt: ualentinus nomine ecclesie mediolanensis defensor defunctus est: uir ualde lubricus et cunctis leuitatibus occupatus: cuius corpus in ecclesia beati martyris syri sepultum est. Nocte autem media in eadem ecclesia facte sunt uoces ac si quis uolenter ex ea repelleret: atque traheret foras. Ad quos nimirum uoces concurrerunt custodes: et uiderunt duos quosdam teterrimos spiritus: qui eiusdem ualentini pedes quadam ligatura strinxerant: et eum ab ecclesia clamantem ac nimirum uociferantem foras traherent: qui uox exterrit: ad sua strata reuersi sunt. Mane autem facto aperientes sepulchrum in quo idem ualentinus positus fuerat: ei corpus non inuenerunt. Cuius extra ecclesiam querebant ubi proiectum esset: inuenerunt hoc in sepulchro alio positum: ligatis adhuc pedibus: sicut ab eccles-

Corp<sup>o</sup> ualen-  
tini extra ec-  
clesiam a dia-  
bolis extra-  
ctum.

## Libertus quartus. Fo. xxi.

si fuerat abstractum. Ex qua re Petre collige qd hi quos peccata graua deprimunt: si in sacro loco sepeliri se faciant restat vt etiam de sua presumptione iudicent: quatenus eos sacra loca non liberent: sed etiā culpa temeritatis accuset.

### Capitulum. liiij. De tincto

ris corpore in ecclesia sepulto post non inuento.

**N**am quid quoq; in hac vrbē cōtigerit: tinctoꝝ qui hic habitant multitudo testat: quod quidam artis eoz p̄m<sup>o</sup> cū defunctus fuisset: in ecclesia beati ianuarij martyris iuxta portā sancti Laurentij a coniuge sua sepultus est. Sequenti aut nocte ex eadem sepultura audiente custode eius spiritus cepit clamare. Ardeo: ardeo. Cum vero diu has duas voces emisisset: custos hoc eius nunciauit vxori: vxor vero illius eos qui diligenter inspicerent artis eiusdē viros transmisit ad ecclesiam: volens cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrum vestimenta quidē intacta reperiunt: q̄ nūc vsq; in eadem ecclesia p̄ eiusdē causa testimonio seruant: corpus vero illius omnino non inuenit: ac si in sepulchro eodē positū non fuisset. Qua ex re colligendum est qua vltione aia ei<sup>9</sup> dānata sit: cuius et caro est ab ecclia p̄iecta. Quid igit sacra loca sepultis p̄sumt: qñ hi q̄ indigni sunt ab eisde sacris locis diuinitus p̄iciuntur. Petrus.

Incipit capitulum  
liiij. De tincto  
ris corpore in  
ecclesia sepulto  
post non inuento.

Tinctoꝝ  
corpus in se-  
pulchro com-  
bustum

**Q**uidam ergo esse poterit quod mortuorum valeat animabus prodesse.

### Capitulum. lv. Quid sit quod

post mortem valeat ad absolutionē animas adiuuare: et de centūcellensi presbytero qui a quibusdam spiritu peti<sup>9</sup> est vt per sacram hostiam post mortem potuisset adiuuari: et de anima iusti monachi.

Gregorius.

**S**iculpe post mortē insolubiles nō sunt: multum solet animas etiam post mortē sacra oblatio hostie salutaris adiuuare: ita vt hęc nōnunq; ipse defunctorū aie expetere videntur. Nā p̄di-  
ctus felix ep̄s a quodā vite venerabili p̄bro:  
m. liij

## Dialogi beati Gregorij.

Mortuus bal  
neanti famula  
batur.

Oblatio hos  
stiaz mortuis  
estylis

qui usq; ante biennium vixit: et in diocesi centum cellensis  
vrbis habitabat: atq; ecclesie beati Johannis (qui in loco  
qui dicitur tauriana sita est) preerat: cognouisse se asserit q  
idem presbyter in eodem loco in quo aque calide vapores  
nimios faciunt: quotiens corporis necessitas exigeret: laua  
ri consueverat. Ubi dum die quadam fuisset ingressus: inue  
nit quendam incognitum virum ad suum obsequium prepa  
ratum: qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret: vesti  
menta susciperet: et exeunti de caloribus sabana preberet  
atq; omne ministerium cū magnofamulatu perageret. Cū  
q; hoc sepius fieret: idem presbyter die quadam ad balnea  
tura intra semetipsum cogitans: dixit. Viro illi qui mihi  
solet tam deuotissime ad lauandum obsequi ingratis appa  
rere non debeo sed aliquid mihi necesse est ei pro mune  
re portare. Tunc duas secum oblationum coronas de  
tulit: qui mox vt peruenit ad locum hominem inuenit: atq;  
ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lauit itaq; et  
cū iam vestitus voluisset egredi: hoc qd secū detulerat obse  
